Quod fauſtum felixque jubeat
Sacroſancta Trias!

De

FATO,

Circa Proceſſum obſervando,

POSITIONES CENTUM.

Quas

Ex conſenſu inclyti JCtorum ordinis in
illuſtri Lipſienſi,

Et præſidio,

VIRI

Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi & Conſultiſſimi,

**Dn. GEORGII TOBIÆ
Schwendendörffers/**

Phil. & J. U. D. Profeſs. Public. Facultat. Jurid.
Ordinarii, Elect. Curiæ ſuprem. Aſſeſſ. Canonici Martisburgenſis,
Academiæ Decemviri, Collegii Princip. Major. Collegiati
nec non Nat. Bavar. Senioris.

Dn. Patroni, Fautoris & Promotoris ſui perpetim
ſuſpiciendi.

In Audit. Petrino, ad diem 19. Jan.

Publicæ cenſuræ ſubjicit
ADAM SAMUEL Freyſtein.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Literis JOH. BAUERI,
Anno M DCLIII.

VIRO
Magnifico, Nobilisſimo & Excellentisſimo,
Dn. BURCHARDO BERLICHIO,
Hæredit. in Wegefarth & VValtersdorf,

ICto celeberrimo, Comiti Palatino Cæſareo, Ser. Elector. Saxon. Conſiliario, intimiorisque Cameræ Secretario undiquaque meritisſimo,

Patrono ſuo ſummo.

FELICITATEM!

NOn petenda mihi cauſa, Vir Magnifice, Tua cur Magnific. diſp. hanc dedicaverim, utpote qui non tam mei quidpiam Tibi trado, quam quod jamdudum tuum fuit, juſte offero. Nam ut omittam ſolita dedicantium argumenta, certe præter illuſtres tuas virtutes, beneficia tua, quibus innixus ſum hactenus, me ad id adigunt. Octavus jam annus eſt, ex quo otio hoc Academico fruor, Undecimus, ex quo triſtiſſimo modo, mei juris factus. Intra hoc ſpatium, quotusquisq; erat, qui me orbum parentibus in unico modo adjuvaret. Fruſtra ſane in ſenili autumno expectaturus eſt meſſem, qui in juvenili vere non facit ſementem, & porro exiguum eſt patrocinium, ex quo una vel altera remunerandi reſultat ſpes. Tu Vir Magnifice, mihi meisq; eo in ſtatu ſuccurris, in quo nulla fere condigna gratia ſperanda, & ne ipſe negligens, fortuna minus proſperâ excuſari poſſim, ea quoq; tempeſtate, quæ nunquã reditura. Unde cũ ex tuo modo munere mihi in Academiis vivere licuerit, juſte quoq; tibi arrogabis, quodcunq; inibi mihi addiſcere licuit, & ipſe tibi arrogabo, omnẽ demum aliorum favorem, quem quoquo modo acquirere licebit. Et ſic Tua Magnif. diſp. hæc de Fato ſe ſiſtit, quæ ſat benevolo fato ſe prognatam credet, ſi ſummum ſuum finem conſequatur, qui Symmacho eſt, bene erga autorem ſuum affectis gratiam quadantenus referre. Vale.

T. Magnificentiæ

addictisſimus

Freyſtein.

IN NOMINE JESU.

POSITIO I.

IUs omne cereis inſcriptum eſſe tabulis, in quibus aureo ſtylo quidvis pro lubitu corrigi vel deleri posſit, vulgatum eſt dicterium. Quo hodie ſane inter plerosque ita miſere vapulat, ut quod antea præter Deum ſummum vocabatur *N. 164.* jam extremum fere faſtigii ſui ſubeat diſcrimen. Certe pari ubique inſipientia, ac acerbitate. Nam cum natura humana proclivis ad malum & varietatem *N. 49.* varia quoque ſciſcitaverit ſemper, evenit exin, ut & diverſa ſtatuerentur ſœpe, & ex eadem natura vitia ſua aliis objectare ſolita, inſuper hoc, ut ſi quæ res male caderet, non ſibi, ſed Juri imputaretur ipſi. Cui demum accesſit, ut cum omnia damnantibus præſentia quam maxime diſpliceant, & Romanum jus ubique teneret primas, illud poſt omnium odium mereretur & livorem.

II. Illud in ſe ipſo diſcors. Illud ambitione & avaritia magiſtratuum ortum mutatumque audiebat pasſim. Illud plerisque nec meliori cenſura dignum videbatur, quam quã olim idem in Hiſpaniâ Stephanus & Alphonſus X. Oldr. *conſ. 69.* in Galliâ Franciſcus I. publice legi, vel capitali pœna vetuere. Zoanett. de *Rom. imp.* Mattheac. *de via jur. c. 36. n. 8.* Et ne ſine cauſa id fieret, omnium conſenſu non modo juris hujus ambiguitas culpabatur, ſed & creberrima litium exin ortarum multitudo. Quæ ſane tantis nexubus miſeros litigantes implicaret, ut ſi qui certo licet jure gaudentes in has inciderint medelas, multo poſt tempore huc illuc agitati malint ſuo jure obtinendo carere, quam cum eo ſimul parto jamdudum defraudari.

III. Teſtari quippe clariſſimos è ICtis litem ſœpe ad quatuor vel quinque luſtra extendi. Menoch *arbitr. jud. quæſt. caſ. 204.* imo intra hoc ſpacium ne judicium quidem, ut ajunt, ſolide firmari. Quando Durandus Pater Practicæ D. Moll. ad Conſt. Elect. *p. 1. conſt. 18. in tit. de except.* §. *viſo* cauſam recenſeat in quâ X. & *in tit. de apell.* §. *breviter* XXXIV. anni ante litis conteſtationem præterlapſi. Cujusmodi præparatoriis & ſecund. Vultei. conſ. Marpurg. *vol. 1. conſ. 17.* nec XXXIX. imo *vol. 3. conſ. 30.* nec LXXV. anni ſatisfeciſſent. Adeò ut encomio ei, quod Imp. *N. 111. in pr.* Juri attribuat: Hoc nimirum negotiis quod medicamenta morbis exhibere, præterquam quod Imp. ipſo fatente inutile ſœpe ſit remedium, bene addi poſſit Suilii iſtius apud Tacit. *11. Ann.* querela. Sed quemadmodum vim morborum pretia medentibus, ſic fori tabem pecuniam Advocatis ferre.

IV. His tamen & aliis æque gravibus opponi poteſt. male in Romanis modo legibus animadverti, quod juxta omnibus contingere neceſſe ſit. Quemadmodum enim omni malo punico granum aliquod ineſt putidum, ita nulla ars, nedum ſanctiſſima hæc populorum dominatrix, in qua non humana malitia ſibi quid licere ſatagat. Cui tamen obviam ire nunquam non occupati legislatores, quique iisdem vel docendo vel conſulendo adſtitêre. Quos inter ut vetuſtiores omittam, Vigelius *in libell. judic.* remedium quærit in meliori litis conteſtatione, Parth. Litig. *l. 1. c. 14.* in repetitione antiquitus celebratæ Cinciæ legis. Optime Faber in Cod. ſuo. *lib. 9. tit. 22.* ut quisquis litigandi votum gerere velit ſic adſtringatur, ut ſciat ſibi neceſſitatem incumbere de lite non niſi re maxime ſeria & importuna cogitandi.

V. Et ſic Roma ſimplici adhuc ævo ſupplicationibus Præco adponebatur, qui aſſidue ſolennem illam emittebat vocem. Hoc age. Quod quæſitior tempeſtas poſtmodo & ad lites extendit, conſtituto certo tempore, intra quod & incipi debeat proceſſus & finiri. Addito & hoc rigore, ne quis vel verbulo à præſcripta actionis intentandæ formulâ recedat, nec diem juri dicundo & addicundo definitum temere elabi pateretur. Polletl. *hiſt. for. Rom. c. 2.* De quibus temporibus quæ alias FATALIA appellari ſolent,

ſolent, paucas conſcribere theſes animus fuit, quas tibi Benevole lector jam exhibeo, magnopere petens, ut easdem æquo animo ſuſcipias, aut ſaltem non inique feras, ſi rem tam gravem & potisſimam Proceſſus partem exiguis hisce pagellis includere cogitem.

VI. Cum vero nominis inveſtigatio ſœpe nos ad ipſius materiæ perducat intellectum J. Scalig. *Exerc. 356. ſect. 1.* & inconveniens omisſis initiis & illotis ut dicunt manubus rem quampiam aggredi *l. 1. de O. J.* definitio verbalis primo explicanda venit. Fatalia Fatum derivari à Fando, quod Deus ob ſingularem hujus verbi ἐμφασιν quam deducit Hillig. D. E. *lib. 7. c. 9. lit. d.* futura certo & deliberato conſilio fatus, aut ſecundum Ethnicorum exitiabilem ſuperſtitionem Parcæ pueris fando conſtituerint, Varro *de lat. lingv. lib. 5.* & Priſcianus autores ſunt. Unde Faticanus qui talia profert, Fatidicus, Fatidici vates, quaſi fates, qui juſſa exponit. Calv. *in lex: jurid. h. l.* Fatua, vaticinatrix. Pomp. Læt. *de Sac. Rom. c. 1.* Et ſic cum plerique mortalium fatum ineſſe rebus humanis rati ſint, & ea quæ ex ſerie & nexu naturalium cauſarum accidebant, fatum, fatalem diem, fatale tempus appellarunt.

VII. Contingentia demum hæc rurſus, pro ut pietas aut ingenium cujuslibet, diverſimode explicabatur, ſic ut nullá Philoſophorum ſecta de eá ſibi quid non attribueret, nec ulla tamen cum altera conſentiret. Potisſimum fatum, non tanquam genus in ſuas ſpecies, ſed ut æquivocum in ſua æquivocata, diviſum reperimus in Phyſicum, Stoicum, Aſtrologicum & Theologicum. Sed quia cujuslibet ſui peculiaris conſiderandi modi, quorum ſingulos recenſere hic non expeditum, ad eos qui ICtis proprii, devenio, quorũ maxima manus Stoicæ addicta fuit ſectæ. Hillig. *D. E. 1. comm. 4. lit. D.* Unde & abſolutam iſtius opinionis necesſitatem ſecuti, eamque in ſcriptis ſuis fati nomine creberrime uſurparunt.

VIII. Sic Ulpian. *in l. 11. §. 4. & 5. de minor.* Quod fato contingit cuivis diligentisſimo contingere poteſt. Modeſtinus *in l. 12. ad l. Corn. de Sicar.* fati infelicitas infantem à l. Cornel. excuſat,

ex quâ non videtur obtemperaſſe voluntati. Sic fatale damnum *l. 3. §. 1. naut. caup. ſtab. ut rec. reſt. l. 52. §. 2. pro Soc. l. 5. §. 4. Commod l. 135. de V. S. l. 2. C. de cond. furtiv.* Θεȣβία. *l. 25. §. 6. locati.* vis major *l. 3. de pign. act. l. 24. §. ſerv. de damn. infect. l. 2. de C. & D.* detrimenta fatalium *l. 3. de inſtr. vel inſtr. leg.* fatalitate ingruere *l. 1. C. de jur. Emphyt.* fatum pro morte *l. 16. de R. V.* ſecund. Holoandrum. In fata collabi *l. 7. §. 2. C. de. præſcr. 30 vel 40. annor. l. 9. C. de pact. conv. l. 6. C. de collat. l. 21. de Evict. l. 1. C. qu. & à. qu. qu. pars l. 18. C. de Nupt. l. 3. C. de Naufr. l. 3. C. de temp. in integr. reſtit.*

IX. Et quia iis non inconſuetum ſui juris terminos ab humanis actionibus, quibus opitulantur, denominare *Hillig. D. E. 28. comm. 7. lit. T.* litesque ſecund Ammian. *lib. 30.* eadem ſœpe accidentia, ac vita humana habent metuenda, ad ſimilitudinem corporum naturalium & contractubus & actionibus ex iisdem deſcendentibus & vivendi & moriendi tempora attribuerunt. Moriendi quidem *in l. 3. §. 2. qu. in fr. credit l. 2. judic. ſolvi. l. 13. §. 5. C. de jud. l. 18. §. 4. de dol.* vivendi vero *l. 3. C. de temp. & repar. appell. §. 1. Inſt. de perp. & tempor. action. l. ult. C. de fide. Inſtrum.*

X. Addita & hac Fatorum ſimilitudine, ut quemadmodum nonnullis his de rebus quid ſtatuentibus placuit, nec quibusdam quoque qui penitus ad Stoicam ſe verterunt diſplicuit. J. Lipſ. *in introd. ad Phil. Stoic. lib. 2. c. 12.* in fato mediæ ſecundæquæ cauſæ non tollerentur penitus. Id. Lipſ. *de Conſt. lib. 1. c. 20.* Sic & litigatori quid liberæ voluntatis ſit relictum. Unde ambigua fata cauſarum dirimere Advocatos poſſe laudat. *l. 14. C. de adv. div. jud. 1.* Sic quoque. *l. 3. C. de leg. l. 1. C. de offic. civ. jud.* Ubi diſſentit Cujac. *16. obſ. 9.* facta non fata legens, cui tamen reſponderi poteſt, tam ex mente Hillig. *D. E. 18. comm. 3. in not. lit.* T. non pari ratione factum cauſæ quam hominis dici, quam quoque quod & ipſa oppoſitio meritorum & fatorum, id probet, & factum lit. Conteſt. quo Cujac. d. l. innititur in ſe fatum contineat.

XI. Hæc fata, quæ non minus ac illa hominis ſic litis vitam perire faciunt, certis temporibus includuntur, ſic quidem ut homini poteſtas aliqualis remaneat qua imminentia removere poſſit, ſcituro aliâs nullam ſibi amplius ſpem eſſe relictam. Et quidem

dem

dem licet in duobus conſiſtant juridica, ut quod uni pereat, alteri demum acquiratur, attamen etiam ad exemplum fatorum, prior illa deſtructiva ratio potiſſimum conſiderari ſolet, quæ negligentibus tanquam in culpa conſtitutis ex lapſu temporis definiti privationem inducit, non attento cui id poſtmodo accreſcat. M. Freher. *παρεργῶν. lib. 1. c. 80.*

XII. Hinc fatale tempus, fatalis dies, non ex mente Petr. Gregorii *in Syſt. jurid. de adpell. n. 9. & 10.* quod è lege citra partium conſenſum definiti, & fatum decretum quoque ſignificet, ut reſpondet Hillig. D. E. *28. comm. 7. in not. lit. T.* Nec quoque quod antiquitus appellati eſſent ſtatum tempus, ſtatuti dies, ut ſentit Bodin. *lib. 3. de Rep. c. 6. n. 324.* Qui error ex ignorantiâ græcæ linguæ provenit, cujus interpretes pro *κηρίας ἡμέρας, κυρίας* ſcripſerint, ut deducit *Cujac. 18. Obſ. 38.* parum tamen ſec. Gothofr ad *N. 49. c. 1.* ab eo diſſentiens, quem ſequitur Hering. *de Fidejuſſ. c. 20. §. 10. n. 86.* Nec quoque dies temporales ſec. Cujac. *12. obſ. 4. arg. l. 32. C. de apell. l. 2. C. de temp. adppell. l. 36. C. Theod. de adpell.* & Wameſium *in c. 5. X. de adpell.* Ut pote quæ intermedium ſpacium denominant *l. 2. verſ. pen. C. de temp. appell.* & expreſſe fatalibus opponuntur. *Hillig. D. E. d. l.*

XIII. Et vel fata, vel dies fatales in ſpecie dicuntur *ut. in l. 3. C. de temp. appell. l. 63. C. Th. de adpell.* vel Exceptiones ſeu præſcriptiones temporis. *l. pen. §. ult. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. l. 29. in pr. de exc. rei jud. l. 91. de ſolut. l. 1. §. 5. ſi ingen. eſſe dic.* Germanis Verſchweignis / Verſeumnis Wehn. obſ. pract. Verjährung / Speidel. in not. ibi Verwährung / rechtsverwährte Zeit. *Gl, ad art. 29.* Landr. *lib. 1.* Zanger de *Except. p. 1. c. 3. n. 13.* Gallis, jours prefixs, jours d'aſſignation, Gothofr. *ad N. 49. c. 1.* les fautoux. Ant. Faber. in *Cod. lib. 3. tit. 1. def. 26.* Græcis *ἡμέρα διαμεμετρημένη, ὡρισμένη* Gothof. ad d. *N. 49. c 1. & l. 12. §. 17. C. de privatis ædificijs.*

XIV. Fato ſic ab homonymia & ſynonymia purgato ſequitur ejusdem definitio, quam in hoc legali fato talem pono. Quod ſit certum hominis vel legis decretum, de jure alicujus per negligentiam certo temporis ſpatio determinatam iterum amittendo. Et quia jus quod amittendū venit ſpectet vel ad totā cauſam, vel

ad

ad ad cauſæ conſequendæ formam, in illa materialia, in hac formalia proceſſus, ut practici loquuntur, continens, ſic & duplicia reperiuntur fatalia, judicialia & extrajudicialia. Hæc quidem quod ſint exceptiones totius actionis intentandæ, & extra judicium formentur, Illa vero quod in judicio demum oriantur, ibique deſinant, & porro in paucisſimis totam actionem, ſed in formâ actionis proponendæ ſingulos actus perire faciant. Ampliſſ. Dn. D. Joh. Barthol. Reuſnerus *in diſp. inaugur. de Fato theſ. 142.*

XV. De his poſterioribus acturus, eadem definio: Decretum hominis vel legis de certo temporis ſpatio, intra quod quilibet litigantium jura ſua in judicio proponere, aut eo neglecto perdere cogitur. Cauſa efficiens eſt vel hominis voluntas, vel legis. Cauſa Materialis quilibet actus in judicio expediendus. Formalis hic deſcribitur. Finalis cum aliis præſcriptionibus communis, quo lites tandem minuantur, & dominia non in incerto ſint *l. 1. de uſu cap. l. 2. C. de annal. except. l. fin. pro ſuo. l. 13. C. de judiciis.*

XVI. Cauſa efficiens cum dependeat vel ab homine vel à lege etiam hoc reſpectu dicuntur vel conventionalia, vel legalia. Hæcque rurſus ſubdividuntur in legalia & ſtatutaria Cothm. *vol. 1. reſp. 27. n. 382.* Bovius *in tegr. tract. de præſcript. ſtatutaria.* P. Heig. *p. 1. qu. 16. n. 6.* Quæ fieri poſſe adfirmat præter allegatos Petr. Gilkenius *ad auth. quas action. C. de S. S. Eccles. c. 2. n. 130.* & ad eum caſum, quo brevius tempus ac de jure communi exprimitur, extendit Proſp. Farinac. *prax. crim. qu. 19. n. 25.* Quo jura Saxonica & ſtatuta Magdeburgenſia vulgo Weichbild refert, præd. P. Heig. *d. qu. 16. n. 10.*

XVII. Conventionalia quod attinet nullum habet dubiũ quin cum judicis officium ſit lites quam celerrime expedire. *l. 1. §. 1. de N. O. N. l. 21. de reb. cred.* idem partibus litigantibus liceat, cœterũ an idem in prorogatione fatalium conceſſum non adeò expeditum. Et cum fatalia pleraque in favorem actoris quo rem ſuam citius conſequatur conſtituta *arg. l. 2. C. de temp. appellat.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2, diſp. 33. th. 8. lit. H.* putat, bene prorogari poſſe, con-

tra

ſtra Tr. Mynſinger, qui tamen alibi hac in re non minus dubius, ut patet ex ejusd. not. *ad Tr. vol. 1. diſp. 5. th. 10.*

XVIII. In hac diſcrepantia cum Caſtrenſi quem allegat Bachov. d. l. generalem ponam regulam: Ea quæ ad lege ad certum aliquem finem alterutri litigantium conceduntur, partium voluntate prorogari vel coarctari poſſe, non ubi publicus reſpiciendus favor. Quod exemplo Gail *1. obſ. 140. n. 8.* declarat. Fatalia ſcilicet appellationis prorogari poſſe per *auth. ſi tamen C. de temp. appell. Clem. quamdiu de adpell.* Teſſaur. *deciſ.* 244. non vero fatalia primæ inſtantiæ. Utpote cum ex hâc actor inſtantiam tantum perdat, ex illa tota inſtituta actione cadat. Gail. *1. obſ. 141. n.* 5. Accurſ. Hottom. *ad l. 13. C. de judic.* Ummius diſp. ad *Proceſſ. 7. n. 25.* D iſs. Walther. *1. miſcell. 20.*

XIX. Sequuntur Legalia, quæ divido in ea quæ totum Proceſſum afficiunt & ea quæ ſingulos ejusdem actus. In quibus perpendendis ordinem proceſſus ſequor. Cum nunc ille aliâs diverſimode dividatur, in hâc noſtra materia communisſimas diviſiones recenſeā, quatenus à cauſa efficienti, an coram Eccleſiaſtico vel Seculari intendatur dividi debeat in Eccleſiaſticum, & Secularem. *t. t. C. de Epiſc. audient. t. t. C. de judic.* Secularis ſi ad privatum commodum agitur in Civilem, *l. 9. §. 5 de public. l. ult. de priv. delict.* vel ad pœnam corporis adflictivam, aut pecuniariam fiſco applicandam, in Criminalem *l 3. §. 7. l. fin. D. l.* 4. *C. de ſepulch. viol. §. 4. Inſt. de injur.* Omnes hi ſimul à formà, ex quà vel plene vel ſummarie cauſæ ventilantur. *l. 1. C. de exec. rei jud. c. etſi X. de judic.* in ordinarios & extra ordinarios. In eos qui primæ & qui ſecundæ inſtantiæ. Rosbach. Calvin. Harppr. *de proceſſ.* Zang. *de Except. p. 1. c. 1.* Umm. *diſp. ad proceſs. 1. n. 6.*

XX. Hæc præſuppoſita ſequuntur eodem ordine fatalia, & quidem primùm in proceſſu Eccleſiaſtico. Qui licet plerumque ſit ſummarius nec judex talis ſtare teneatur proceſſui civili, *Clem. diſpendioſam X. de judic.* Marant. *ſpec. p. 4. diſt. 9. n. 42.* Matth. Steph. *de Idict. lib. 3. p. 1. c. 1. n. 21.* Magnificus Dominus Carpzov. *l. 3. Ipr. Eccleſ. def. 19. & 27.* ordinarie tamen quandoque expeditur, Marant. *d. l. n. 43.* Hujus fatale generaliter nullibi reperitur de-

ciſum,

ciſum, ſed inſtantia perpetua *c. fin. X. de judic.* Sarmient. *2. ſelect. interpetr. 13. n. 12.* Sichard. *ad l. 13. C. de judic*: Kling. Cujac. *ad c. pen. X. de judic.* Umm. *diſp. ad proceſs. 7. n. 25.*

XXI. Excipiuntur tamen 1. Cauſa juris Patronatus, in qua ſi Patronus Laicus intra quatuor, *c. un. de jur. patron. in 6.* ſi Clericus intra 6. menſes. *c. 3. 22. 27. X. de jure patron.* à die ſcientiæ computandos *c. 5. X. proceſs. præb.* miniſtrum præſentare debet, quibus elapſis Epiſcopus propria authoritate quem eligit. FincKelth. *de jur. patron. c. 6. n. 85.* Præſcriptio juris Epiſcopalis in loco noviter ad fidem redacto in qua contra negligentem à vicino Epiſcopo intra 3. annos *c. 1. X. de præſcr.* præſcribitur. Sed ſi prior ad officium ſit requſiitus, & intra 6. menſes officium facere ceſſaverit, demum tres illi anni currunt. *c. placuit. 16. qu. 3.*

XXII. In proceſſu ſeculari, qui iterum vel criminalis vel civilis, primo ſe offert fatum proceſſus civilis. Hunc antiquitus præſtituta habuiſſe tempora colligere licet ex Pauli ſentent. *l. 18. §. 4. de dol. mal. & Ulpian. l. 32. de jud.* quamvis quale id fuerit non conſtet, ut contra Accurſ. deducunt Cujac. *9. obſ. 24.* Rævardus *4. variar. 14.* & Rod. Forner. *3. rer. quotidian.* Hill. D. E. *29. com. 11.* Quem poſtea Juſtinianus in celebratisſima *l. 13. C. de judic.* ad triennale tempus coarctavit. Sic ut omnibus cauſis exceptis paucisſimis eadem immineat formido, & actori intra has triennii metas à tempore litis conteſtationis numerandas litem peragere, aut novam plane ſuſcipere actionem incumbat, *d. l. 13.* ibique Gilken. Sich. Cujac. Giph. & comm. Dd. Ubi tamen ſufficere ſi intra hunc terminum in cauſa concluſum ſit arg. *l. 19. C. ad L. Jul. de Adult.* cum Affl. *dec. 396.* ſtatuit Gail. *1. obſ. 107. n. 7.*

XXIII. Idem qvoque nec poſt modo *N. 112. c. 3.* Sec. Accurſ. correxit, utpote quæ de actore loquitur judicium lite nondum conteſtata deferente. Umm. *diſp. 7. n. 26. & diſp. 6. n. 10.* Quod tamen hac tempeſtate non ſolum in Camera Imper teſte Mynſing. *1. obſ. 81. 2. O. 48 3. O 44. 6. obſ. 12.* Gail. *1. obſ. 141.* Mindan. *de pr. extr. lib. 1. c. 12. n. 13.* & aliis judiciis principum ubi vulgatum iſtud An. Fabr. *lib. 3. C. ſui def. 26.* les fautaux n' ont point de

lieu

lieu par devant le ſenat, juxta auth. *ſed & lis C. de temp. & rep. appell.* quadantenus probatur, ſed & in inferioribus curiis tam in uſu eſſe deſiit, ut ſi quid unquam in omni fere Europa correctione indigeat, hoc certe & ingenium & autoritatem cordati alicujus legis latoris requirere videatur. Vent. de Valent. *in Parth. littig. lib. 1. c. 15. n. 19.* Achill. de Graſs. *deciſ. 212. n. 3. Rosbach. c. 21. n. 39.* Niel *l. diſp. Feud. 11. th. 2. lit. f.* A. Fab. *lib. 9. Cod. ſui. tit. 22.*

XXIV. Excipiuntur tamen I. Cauſæ Fiſcales eæqve quæ ad publicas ſpectant functiones, quibus ſuccinctior definitus eſt terminus, 6. nimirum menſium à litis conteſt. numerandorum. *l. ult. C. d. jur. Fiſci. d. l. 13. C. de judic.* II. Lis de conditione curiali mota, cui 3. tantum menſes. *l. 54. C. de decur.* III. Disquiſitio contra veterem magiſtratum ſuper officio geſto inſtituta, cui concesſi *20.* dies, *l. un. §. fin. C. ut. omn. judic.* Nic. Sud. *ad d. l. 13.* Cujac. *de div. temp. præſcript. c. 9.* IV. De jure Cameræ Imp. ſi Elector aut alius Principi par ab inferiore in jus vocetur, & res coram Conſiliariis ejusdem Principis ventilanda, cauſa determinari debet intra annum & dies. Ord. Camer. *p. 2. tit. 4. in pr.* §. erſtlich daß. Idem tempus in cauſa ſpolii, Ord. Cam. *p. 2. tit. 8.* §. und ſollen die.

XXV. V. Excuſatio tutoris, quæ intra 50. dies conteſtanda intraque 4. menſes continuos finienda. *l. 13. §. 1. l. 18. D. l. 6.* C. *de excuſ. tutor.* VI. In caſu auth. ſed cum teſtator C. *ad. L. Falcid. N. 1. c. 4.* ubi à die conventionis annus conſtitutus, Aſin. *Prax. c. 3. n. 8.* Azo. *ad d. l. 13. n. 16.* Quod licet Cujac. *de div. temp. præſcript. c. 20.* Sud. *ad d. lib. 13.* Umm. *diſp. 7. n. 26.* reſpectu inſtantiæ ſimpliciter negent, apparet tamen ex d. auth. quod nulla harum quæſtionum & litium, ubi certe inſtantia eſt, excedere debeat annum, nec ſaltem de adimpletione voluntatis defuncti loqui. VII. In clericorum criminibus civilibus lis extendi non debet ultra *2.* menſes. *N. 83.* VIII. In novi operis nunciatione verò, ultra *3. l. 1.* C. *de N. O. N c. fin. X. eod.* qui de jure Saxon. reſtringuntur ad 6. ſeptimanas & 3. dies, Moller. *lib. 1. Semeſtr. c. 44.* Berl. *p. 1. concl 38. n. 17.*

XXVI. Et huc usque de fato inſtantiæ civilis, ſequitur crimi-

nalis. Hujus fatale olim annus *l.7.de mun.& honor.l. 15.§.pen.ad SC.Trebell.l.1. 2 C.Th. ut intr.an.crimin. quæſt. termin.l.2.C.Th. ad l. Corn.de falſ.*Cuj.*1.Obſ.8.16.& 28. 17.Obſ.23.* exin in *d. Obſ. 8.* Tribonianum graviter ſocordiæ arguens, tanqvam in *l.7. de muner. & honor.*id incorrectum] omiſiſſet, qvod poſtmodo Imperator ad biennium extendit *t.t. C. ut intr.cert.temp.l.ubi C ad L.Cornel de Fals. l.13.C.de judic.* Qvo emenſo ipſe accuſator ſubire debet pœnam legibus conſtitutam, nec ulla ulterior accuſatio admittenda. Unm.*diſp.7.n.29.* Qvamvis jam ex conſvetudine univerſali vix ad tres vel qvatuor reſtringatur menſes Franciſcus Tert. *conſ. Germ.tom 3.cont.19.n. 47.*

XXVII. Cauſam cur criminali brevius ac civili datum fuerit fatum Dd. dant diverſimodam. Cujac.*17.Obſ.23.*qvod privatæ publicis multo obſcuriores & exin longiorem reqvirant diſceptationem. Rod. Forner. *3. rer. qvotid.* favorem Reorum hoc exigere. P.Faber *ad l.155.§.ult.de R.J.* Hering *de Fidejuſſ. c.1.n.5.* non horum modo, ſed & Principis & Reipublicæ intereſſe, ut aut citius inſontes abſolvantur, aut noxii in publicam vindictam condemnentur. Qvibus contradicit Bodin. *4.de Rep.6.n.464.* Langlæus *11.Semeſtr.2.* Mihi Hilli geri placet ſententia *D. E.26.comm. 2. lit.*& Bachov.*ad Tr.vol.2.diſp.31.th.4.lit.N.D.* in favoré reorũ fatale hoc eſſe conſtitutum, qvi cum pleriqve in carcere detineantur, qui tamẽ non pœna ſed cuſtodia eſſe debet, ob ſqualorem & illam ipſam moram aut abſolvendi qvam citiſſime, aut puniendi.

XXVIII. Diviſionem Proceſſ. in Eccleſ. & Secularem, huncque rurſus in Criminalem & Civilem ſequitur diviſio à forma, qvá omnes hi ſimul vel Ordinarii vel extraordinarii. Ubi primo obſervandum hic ordinarium extraordinariumq; non dici à Prætoris antiqvo cognoſcendi ritu, utrum ipſe judicet, vel pedaneo Judici jus dicat, Duaren.*1.diſp.animadv.15.* A.Fab.*4.conj.7.* quo ſenſu hodie omnes proceſſus extraordinarii, Gœdd.*ad l.34. § 13.de V.S.* ſed an judex plena cognitione an verò ſummariè procedat. Hìc in Eccleſiaſtico fere ſemper obſervatur, *ſupr.ad.th.20.* In Civili in certis caſubus, qvos recenſet Zanger.*de Exc.p 1.c.2.* Vultej. *lib.2.Ipr.cap.fin.* In Criminali, qvoties judex ex officio procedit, & in

in delicta inquirit, *l. 6. de cuſt. & exhib. reor. l. 3. de off. Præſ. l. 6. §. 13. ad Sct. Treb.* Gometz *tom. 1. var. reſol. de del. c. 1. n. 49. P.* Heig. *p. 1. qu. 39. n. 8.* Magnif., Dn. Carpzov' *Pr. Crim. p. 3. qu. 103. n. 50.*

XXIX. Summarii hujus proceſſus fatum à plerisq; Dd. idem ponitur ac in ordinario. As. in Prax. Fl. *c. 3. n. 37.* Marant *in ſpec. p. 5. n. 8.* contra Matth. de Affl. *deciſ. 346.* Sic ut res quam citisſime quidem expedienda, ultra triennalem tamen terminum non protelelur, à primo actu contradictorio aut ſimili connumerandum. Sich. in *d. l. 13. n. 6.* Trentacin qu. *tit. de judic. reſol. 4. n. 3.* Jac. Schultes *obſ. 49. n. 6. Obr. de lit. conteſt. c. 2. n. 11.* Quod & ad eos caſus, in quibus judex ex officio procedit, refert Rutg: Ruland. de Comm. Camer. *p. 3. l. 2. c. 4.* Ludov. Romanus *Conſ. 95 & 175.* Jaſ. *ad d. l. 13. Bl. ad eand.*

XXX. Omnium tamen effectus eſt, quod iis elapſis ſententia ferri nequeat, aut lata ſit ipſo jure nulla. Sic ut nec acta primæ inſtantiæ novæ inſuper inſtituendæ quicquam proſint, niſi quod ex benigna interpretatione probationes in priori factæ Matth. de Affl. *deciſ. 184. n. 3.* dum modo ſimul publicatæ, quod vult Marant. *ſpec. p. 5. n. 56.* ſubſiſtant. Sudor. Sich. *ad d. l. 13.* Quod ultimum & in criminali penitus ceſſat, nulla accuſatione poſteâ renovanda. Clar. *§. fin. qu. 51. n. 8.* Trentacinq. *de jud. reſol. 4.* Umm. *diſp. ad proc. 7. n. 28. & 29.* licet judex ex officio inquirere non prohibeatur. Dd. & Clar, *d. l.*

XXXI. Et huc usque de fatalibus litium finiendarum, congruens jam erit introſpicere ſingulos Proceſſuum actus & terminos. Qui ſane non in libidine actoris & rei, judicem pro lubitu compellendi negligendiq;, ſed ni initio partibus compromiſſo aliud placuerit, certo ordine & jure conſtituti, ſic ut & minimum ſœpe omiſſum omnia anteacta irrita reddat. *l. 4. C. de ſent. & interl. l. 1. C. de exſec. rei judic.* Termini hi dividuntur in eos qvi primæ & qvi ſecundæ inſtantiæ, primæqve rurſus vel ſecund. Auth. *adhæc C. de judic.* in partem priorem, mediam & poſteriorem: vel ſec. Vultej. *lib. 2. Ipr. c. 2. 6.* in rei controverſæ diſceptationem, ejusdemq; deciſionem: vel ſecund. Hillig *23. Comm. 1.* qvem hic ſeqvimur, in actus præparatorios judicium, conſtitutorios, cognitori-

bs, & deciſorios, ſeu in jus vocationem, litis conteſtationem, e cauſæ cognitionem, ejusdemq; deciſionem.

XXXII. Præparatorius & tanqvam ſubſtantialis Proceſſus, ſine qvo nullus ne ſummarius qvidem expediri poteſt, Damhoud. *pr. civil. c. 21.* Hillig. *D. E. d. l. not. lit. D.* eſt citatio *§. ult. Inſt. de pœn. tem. litig. l. 47. de re judic. c. 11. de prob. c. 27. de off. de leg.* Ex qvâ nimirum res controverſa fieri & in jure eſſe incipit, donec per conteſtationem proprie lis efficiatur, & in judicium deveniat *l. 25. §. 6. de hæred. petit.* Vultej Ipr. *lib. 2. c. 25.* Tempus hujus citationis pro varietate cauſarum diverſum, neqve de eo qvid in ſingulis conſtat. Jus antiqvum qvidem in cauſâ civili meminit 10. dierum 30, *l. 68. l. 69. D. & l. 13. §. 2. C. de judic. l. ult. C. de del.* in criminali vero modo trium *l. 10. de public. jud.* & qvodlibet edictum continere ſub ſe debere 30 dies, vult *auth. qvi ſemel C. qu. & qu. jud. d. l. ult. de del. N. 112. c. 3.* Cujac. *de div. temp. præſcr. c. 7.*

XXXIII. Cœterum cum textus hi de ſpecialibus agant caſibus, *& d. l. 68. cum l. 13. C. de judic.* in iis terminis loqvantur, ubi reo poſt edictum peremtorium contumaciter emanet & definitive condemnari poteſt. *d. N. 112. c. 3.* vero nil aliud caveat, qvam qvomodo reus actionis inſtitutæ incommodum avertat, priusqvam litem partes fuerint conteſtatæ, cum Umm. *diſp. 5. n. 14. & diſp. 7. n. 5.* potius contra vulgatam Dd. opinionem dicendum, terminum citatorium, tam olim, quam hodie de jure civili fuiſſe arbitrarium, Gail. *1. Obſ 53. n. 20.* Matth. de Affl. *decis. 124 n 3.* Qvi terminus de jure Saxon. ſi peremtorij vim habere vult, præciſè à die inſinuationis comprehendere debet 6. ſeptim. & 3. dies, Landr. *lib 3. art. 5.* Zang. *lib. 2. de Except.* Zob. *diff. I. C. & S. n. 6.* & adprobatur in Elector. Saxon. Appell. Ordn. *Chriſtiani II. piiſſ. memoriæ.* N. P. Ordn. *Ser. Elect. Saxon. tit. 4. Berl p. 1. concl. 7. n. 14.*

XXXIV. Fata terminus hic citatorius pro diverſo reſpectu actoris & rei de jure civili quoque in prima inſtantia agnoſcit diverſa. Et quidem ſi actor ipſe in termino non compareat, viamq; quam ſemel elegit, negligat denuo, peterit reus contumacia ejus accuſata, petere non modo ut in expenſas condemnetur, ſed & ut citatio circumducatur. *l. 73. §. 1. junct. l. 79. de judic.* Wurms.

tit.

tit. 7. obſ. 2. Ubi tamen notandum, citationem de jure civili ſœpe ſimpliciter emanare, vel in vim peremtoriæ, quæ ultima modo hunc effectum habet, ut vult Marant. *de contum. n. 1*, Rosb. *in proc. tit. 30. n. 13. l. 53. §. 1. de jud. l. 8. C. qu. & qu. jud.* Verum cum non minus is qui ſimpliciter citatus non compareat, judicis voluntatem ſpernat, & contumaciam contrahere ex iis appareat, quod juxta dd. textus, is qui tribus vicibus vocatus ad tertiam demum ſe ſiſtit, in expenſas in prioribus citationibus factis condemnetur, non dubitandumquoque cum Umm. *diſp. 6. n. 3.* & quem allegato Carp. *ad c. 10. ſtat. Mediol.* quin & ſimplici legitime modo prolatæ, par quandoqne concedendus ſit effectus.

XXXV. Præterea ſi peremtoria eſt citatio reus duplici adhuc remedio gaudet, uno lite nondum conteſtata, altero conteſtatâ. Primũ eſt juxta *auth. qui ſemel C. qu & qu. jud. N. 112. c. 3. c. cauſ. X. de dol. & contum.* Ut libello actoris modo exhibito, reus actorem emanentem trinis edictis, ſingulis 30. dies continentibus, de jur. Cam. *p. 3. tit 42.* econtra 6. ad litis proſecutionem citari faciat. Quæ edicta ſi neglexerit, annus adhuc ſibi relictus, intra quem tamen actore à contumaciâ non deſiſtente, judex præſentis allegationes audire poterit, & prout probationes ab unâ parte videntur ſufficientes, vel ab inſtantia reum abſolvere, Azo. *in ſumm. C. de judic. n. 12.* Suarzenth. *ad d. auth. qui ſemel.* Wurms *d. l.* vel penitus ab inſtituta actione liberare. *d. N. 112. c. 2.* Gail. *1. obſ. 59. n. 4. & 5.* Matth. Cöler *decis. 104.* Umm. *de diſp. n. 10.*

XXXVI. Alterum eſt juxta *l. 13. §. 2. C. de judic.* ut lite conteſtata, & ſemeſtri ſpatio à tempore inſtantiæ duntaxat reliquo, reus actorem trinis vicibus, ſingulis 10. modo diebus conſtantibus, citare & ſi non compareat, neque de cauſæ veritate conſtet, petere poſſit ab inſtantia relaxari Vultei. *lib. 2. Ipr. c. 80. arg. l. 73. §. 2. de judic.* aut lite penitius perſpecta definitivè abſolvi, actori deinceps omni videâ re illa ulterius agendi intercepta. *d. l. 13. §. 1.* Ubi & victus hoc habet ſolamen, quod generaliter in omnem eventum omnes expenſas quas legitime feciſſe jurare poteſt, recipiât. Non modo de jure civili, quod cum Cujac. *9. obſ. 22.* admittit Umm. *diſp. 6. n. 9*, ſed & Canonico, A. Fachin. *1. con*

trov

trov. 40. & Camerali. *p.* 2. *Ord.* 43. §. *pen.* Mynſing. 4. *obſ.* 67. in quibus cum P. Denais. *de jur. Cam. tit.* 135. *n.* 2. diſs. Umm. *d. l.*

XXXVII. Et huc usque de fato ab actoris parte, ſequitur rei qui cum aliâs actore favorabilior paulo lenius quidem agnoſcit, non tamen ſine gravi, ſi judicium diutius eludere allaboret, damno. In hoc actor itidem duplex experitur juvamen, vel ante litis conteſtationem, vel poſt. In illo caſu, ut reo trinis edictis, vel ſemel peremtorie citato, nec in termino comparente, contumaciam ejus actor accuſare & immisſionem bonorum ex primo decreto petere posſit. *l.* 19. *de in jus voc. l.* 12. *ex quib. cauſ. l.* 9. *C. de bon. auth. jud. posſid. l.* 8 §. *pen. C. de præſcr.* 30. *ann. l.* 8. § *ult. de acqvir. poſſ.* Quam tamdiu ſervat, quamdiu reus de lite proſequenda non cavit. *N.* 53. *c.* 4. §. 1. & expenſæ reſtitutæ. *l.* 9. *de reb. auth. jud. posſid.* A quâ tamē immisſione reo ad huc aliud ſpatiū de jure civ. ex arbitr. judicis *l.* 15. §. 21. *de dam. inf.* vel de civ. & canon. juxta Bachov. ad Tr. *vol.* 2. *diſp.* 24. *th.* 3. *lit.* C. *c. quon.* §. *in aliis ut lit. non conteſt.* annuum conceditur, intra quod aut denuo comparere, vel cauſa aliqualiter modo cognita. *l.* 4. §. 4. *de damn. inf. l.* 9. *C. de bon. auth. jud. posſid.* ſecundum decretum experiri exeoque vel bonorum diſtractionem vel ſoluti adjudicationem pati cogitur.

XXXIIX. In hoc caſu vero, ubi lis conteſtata, licitum actori juxta *l.* 13. §. 13. *C. de judic*, reum contumaciter emanentem, tribus edictis citare, quibus neglectis judex & abſente reo cauſam dijudicare poteſt, & vel abſolvere, aut ſi cauſæ merita inſpexerit ſententiam in bonis rei exſequi. Accurs. Sich. ad *h. l.* nulla ulteriori contradictione reliqua. Spec. *de contum.* § 3. *n.* 2. Cujac. *ad N.* 69. Salic. & Caſtr. *ad d. l.* 13. Quamvis hâc in re diſſentiant Umm. *d. diſp.* 6. *n.* 1. & Weſenb. ad *d. l.* 13. *n.* 28. ſtatuendo actorem ſiė in bon. poſſeſſ. immittendum eſſe, ut ſtatim fiat poſſeſſor, reo ſola proprietatis quæſtione relicta. *l.* 8. *C. qu. & qu. jud. c.* 4. *de dol. & contum.* Inſuper utcumque abſens victor ſeu victus, evadat præſenti tamen in expenſas ut ſupra adductum, condemnandus *d. lib.* 13. §. 2.

XXXIX. Idem in proceſſu Eccleſiaſtico, dum expreſſe non

corre-

correctum obſervari ſtatuendum erit, & cum bonor. poſſeſſ. Idictio Eccleſiaſtica non agnoſcat, ſed foro ſeculari expediendas tradat, minus habet dubii, præterquam quod aliás omnis ſententiæ executionem Laicus judex in ſe ſuſcipiat. *c. te quidem. 11. qu. 1. c. lator. X. qu. ſil. ſint legit.* Guid. Pap. *deciſ. 85.* Böer *dec. 60.* In criminali proceſſu ſi accuſatus extiterit contumax, annotantur ipſius bona, & finaliter confiſcantur, à quâ annotatione ſeu potius à die citationis, ſeu aliter nactæ ſcientiæ, Bachov. ad Tr. *vol. 2 diſp. 31. Th. 4. lit. a.* ſi annus præterlapſus nec contumacia purgata, in forma inquiſitionis ad confiſcationem proceditur. *t. t. D. & C. de requir. reis.* Ferrar. *in pr. in form. inquiſ.* Licet penitus pro confeſſo, ſi alias crimen notorium non ſit, ex contumacia non habeatur. Hipp. de Marſil. *in pr. crim. §. poſtquam n. 48.* Zöbel *diffr. jur. Sax. p. 1. diff. 16. n. 4 & . 27.*

XL. Jus Saxonicum & hac in parte rigidius procedit, & ante litis conteſtationem actor emanens, contumacia ejus ab adverſa parte accuſata, inſtantiam amittit, Landr. *lib. 2. art. 8.* nec ad eandem, niſi expenſis ſolutis admittitur. N. P. Ordn. *tit. 10. in pr.* Reus vero legitime citatus & pro cōtumaci poſt accuſatus ſtatim ad ſimilitud. miſſ. ex primo decreto, Coler. de P. E. *lib. 2. c. 2. n. 14.* in Ehehafft & legitima impedimenta condemnatur. Landr. *lib. 2. art. 39. & lib. 2. art. 25.* A quibus ſi in proximo termino ſe non excuſaverit, aut denuo in contumacia perſeveret, eaque accuſata fuerit, ut requirit Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp. 28.* in civili cauſa pro confeſſo habetur, N. P. O. *tit. 10.* da in Fall. Landr. *lib. 2. art. 9. & 24.* in criminali in bannum incidit. A quo ſi annus & dies præterlabantur ad confiſcationem bonorum devenitur Landr. *lib. 1. art. 38.* Cöler. *deciſ. 108.* Ch. König *de proc. bann.* P. H. O. *art. 155.* Lite econtra conteſtata uterq; utilitatem termini amittit. Landr. *lib. 2. art. 16. lib. 3. art. 50.*

XLI. Excipiuntur tamen à parte actoris emanentis. I. Cauſæ criminales, in quibus ſi accuſator in tribus terminis judicialibus non comparuerit, reus ab omni accuſatione abſolvendus. Landr. *lib. 2. art. 4. & 8.* Weichb. *art. 112.* Coler *deciſ. 104. n. 23* II. Cauſæ in quibus actor non ſponte ſed coactus procedit, ut in *l. 5. C. de in-*

gen. mandat. & l. 28. de Fidej. Ubi tres requiruntur citationes, duæ ad citandum diffamantem ad agendum, & una ad ſententiam perpetui ſilentii audiendam. Blar. *ad h. l. c. 6. n. 23.* Mund. *ad eand. c. 5. §. 3. n. 107.* III. Cauſæ bonorum obæratorum in concurſu Creditorum, ubi ad excludendos creditores de jure ſuo, non unica, ſed duæ ad minimum requiruntur. Magnif. Dn. Carpzov. *Ipr. R. S. p. 1. Conſt. 28. def. 8.*

XLII. A parte rei econtra, quod & in primo termino ſtatim in executionem condemnari poſſit, ſi ſcilicet reus expreſſe dixerit ſe nolle comparare. Et licet opponi poſſit condemnationem ad legitima impedimenta omnimodo procedere debere, juxta N. P. O. *tit. 10. §.* in Fall aber/ut nonnulli è practicis ſtatuunt, attamen cum *d. §.* in hoc caſu expreſſe non loquatur, & contumacia tam proterva gravius punienda ſit, non incongrue defendi quoque poteſt recepta Jac. Schultes. *in add. ad Coler. deciſ. 104. n. 35.* opinio. Hoc in caſu reum ſtatim in executionem condemnandum eſſe, ſic tamen, ut ad audiendā ſententiam, vel cauſas deducendum quare executio fieri nequeat, denuo citetur. Qvemadmodum quoque in ſupremo Appellationum judicio Term. Martin. 1603 in cauſa Sebottendorff contra Heynel, pronunciatum fuiſſe reperi in manuſcriptis Avi mei paterni, p. m. ejusdem judicii qvondam per ſedecim annos Aſſeſſoris.

XLIII. Actui huic præparatorio, adjungam de Jur. Saxonoc. delationem juramenti ejus, qvod vulgariter Dd. judiciale vocant, & in cauſa civili pars parti defert. gl. Landr. *lib. 1. art. 26.* Licet enim hoc de jure civili in initio, medio, vel in ipſa definitiva ſententia, vel poſt, etiamſi nihil ab actore prolatum fuerit, deferre licitum. *l. 11. 12. C. de reb. cred. & juriſ. l. 11. C. de Sent. & intert.* Caroc. *de jur. lit. deciſ. qu. 2.* Setſer. *de juram. 5. n. 27.* de jur. Saxon. tamen peculiare agnoſcit fatum, qvod non ſaltem non poſt Guarandam præſtitam, aut litem conteſtatam Nov. Aug. *p. 1. C. 11.* N. P. O. *tit. 5. §.* da auch. ſed & in ipſo termino deferri poſſit, ſed ſi actor ad hoc remedium refugere tentet, expenſas termini prius refundere, & nova plane citatione opus habeat. Prout hoc ultimum expreſſe deducit & prioribus addit Magnif. Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp. 34. n. 6.*

XLIV.

XLIV. Citatis ſic partibus & pœna contumaciæ recenſita, ſequitur jam terminus, in quo uterque ſimul actor & reus ſe ſiſtũt juraque ſua inter ſe invicem deducunt. Hæc cum primitus vel ad judicium conſtituendum, vel idem, aut cauſam rejiciendum ſpectent, Cujac. *9. Obſ. 23.* pro diverſitate intentionis, diverſa quoque tempora agnoſcunt. Et quidem, quod proprie reum tangit, cujus eſt qvomodocunque ſe defendere, exceptiones ſuæ in hoc primo termino ſingulare agnoſcunt fatum. Quæ vel cauſam ad tempus afficiunt, vel integre tollunt, illæ dilatoriæ, & declinatoriæ, hæ peremtoriæ. §. *8. Inſt. & l. 3. D. de Except.* & qvæ ab utrisqve qvid participant mixtæ, qvales qvidem dari negat Lopetz *animadv. 28.* Côler *ad d. c. cum venerit. X. de Except.*

XLV. Fatale dilatoriarum de jur. Civ. ut initio proponantur. *l. 19. l. fin. C. de Except. l. ult. C. de probat.* & ſi ad conſtitutionem proceſſus ſpectent, quales communiter declinatorias appellamus, Cujac. *18. Obſ. 34.* ante conteſtationem qvoqve probentur. Prout ſic *l. 19. C. de prob.* cum *l. 19. C. de Except.* ex mente Cujac. *9. Obſ. 23.* conciliat Hillig. D. E. *22. comm. 9. in not. lit. Dd.* Umm. *diſp. 12. n. 15.* Niſi vel gravamen habeant ſucceſſivum, Myns. *2. Obſ. 73.* 2. in continenti poſt conteſt. opponantur. Socin. *de reg. jur. 171.* 3. de novo orta. *c. 25. & 28. de off. deleg.* 4. non prius ad notitiam pervenerint. Côler *add. c. 28. n. 9.* 5. Pars adverſa conſentiat. 6. Cauſa criminalis. As in *Pr. Flor. c. 2. n. pen.* 7. Exceptiones pacto coarctatæ. Guid Pap. *decis. 275.* Et deniqve. 8. Judex parti easdem reſervaverit. *c. ad diſ. X. de deſp. imp.* Umm. *diſp. 8. n. 56.* Rosbach. *in proceſſ.*

XLVI. Iu peremtoriis iisqve qvas mixtas vocamus, diſtingvi ſolet inter bonæ fidei judicia & ſtricti juris, ut in his ante lit. conteſtat. peremtoriæ proponendæ & poſt probandæ. *l. 9. C. de præſcr. long. temp. l. 8. 9. C. de except.* in illis vero usqve ad cauſæ concluſionem, imo & ſententiam opponi poſſint. *l. 84. § 5. de leg. 1. l. 38. l. ult. de hæred. pet.* Quod de ratione juris antiqvi, ex qvâ actiones ex formulâ præſcripta dijudicabantur, nec ultra qvid cenſebatur in judicium deductum admitti poteſt. *l. 8. comm. divid.* ſub quod tempus & referenda *d. l. 9. de. præſcr.* Cœterum

eum juxta *l. 2. C. de pedan. judic.* prætores ipſi judicaverint. Umm. *d. diſp. 8. n. 57.* & exceptiones favorabiles, eorum potius opinio amplectenda videtur, qvæ peremtorias indiſtincte usqve ad definitvam ſententiam admittit. *Ord.* Cam. *tit. 13. §. ult. tit. 24. 27.* R. Abſ. Ratisb. *de anno 1594. §.* ſetzen demnach. Myns. *7. Obſ. 4. n. 6.* H. Hartm. *tit. 9. obſ. 1.* J. Monach. *Pr. judic. p. 5. §. 6. c. 4. arg. l. 2. C. ſent. reſc. non poſſ.* Hillig. D. E. *22. comm. 8.*

XLVII. Jus Saxonicum ut ubique fere, ſic & hic ſtrictius procedit, & primo abſolute dilatorias omnes ante litis conteſtationem, peremtorias poſt opponendas mandat. Nov. Aug. *p. 1. C. 3.* N. P. Ordn. *tit. 11.* Secundo cum de jure civili una poſt alteram deduci licitum, in qvo egregiam cautelam J. Monach. *in def. jur. tit. 2. in fin.* profert. & exin de jure Canonico ex arbitrio judicis definitur *c. 4. X. de Except.* de jure Saxonico omnibus his ſimul primus terminus aſſignatur Nov. Aug. *p. 1. C. 3.* N. P. Ord. *tit. 11. §.* es ſoll. Tertio, nec quintuplicatio & ulteriores allegationes, quæ de jure communi, etiam contra Conſt. Carol. V. *in comit. Auguſt. p. 3. tit. 26. & 29. §.* wo aber quandoqve judex pro lubitu admittit, Reinh. *diff.* I. Sax. & Civ. *diff. 2. & 9.* hic locum habeant, ſed in dilatoriis ſinguli per tria producta concludere debeant, addito & hoc rigore, ne in tertio novi qvid proponatur, ſed præciſe omnis in ſecundo, addita eventuali conteſtatione deducantur. N. P. O. *d. tit. 11. §.* Es ſoll. Magnif. Dn. Carpzov. Ipr. R. S. *p. 1. C. 3. 7.*

XLIIX. Et huc qvoqve referenda exceptio Guarandæ. N. P. O. *d. tit. 11. §.* do es ſich. Cujus effectum ſupra *Th. 43.* recenſui. Præterea & ipſe hic terminus omnium dilatoriarum habendus eſt fatum, ſi non easdem judex in ſententia expreſſe permiſerit. Carpz. Ipr. R. S. *p. 1. C. 3. def. 5. & lib. 2. Reſp. 7. n. 2.* Utpote qvæ ad certum tempus tantummodo conceſſa. Gl. in Landr. W. *3. art. 17. a. 4.* Carpz. *lib. 2. Reſp. 9. n. 19.* Inſuper ſpeciale in exceptione ſpolii, quæ tam de jure civili quam Saxonico intra 15 dies à die ſententiæ probanda, *c. 1. §. ſed ſi. de reſt. ſpol. in 6.* Nov. Aug. *p. 1. conſt. 6.* ſic tamen ut cum ſecund. Jac. Schultes *obſ. 28.* præſcriptio hæc ſit ſtricti juris, tractumqve habeat ſucceſſivum, in qvo & alias

aliæ perſonæ interveniant neceſſe eſt, ſufficiat articulos probatorios exhibuiſſe. N. P. Ordn. *tit. 11.* §. deßgleich. Berl. *ad* Conſt. Elect. *6. n. 89.* Magnif. Dn. Carpz. *ibid. defi. 2.*

XLIX. Actum præparatorium conſequitur litis conteſtatio; Qvam ſive actor ſolus faciat ex mente Cujac. *9. Obſ. 21.* & Gœddæi, *ad l. 36. n. 18. de V. S.* vel uterqve reus ſeu in actionis, ſeu exceptionis fundamento intendat. Umm. *diſp. 12. n. 2. & 4. & 14.* regulariter definitos habet, duos menſes, à tempore porrecti libelli connumerandos. *Nov. 96. c. 1. auth. libell. C. de lit. conteſt.*, aut ſecund. Receſſ. Imp. Spiræ Anno 1570. alterum à libello exhibito præfixum terminum. Gail. *1. Obſ. 60. n. 1. & Obſ. 80. n. 2.* Rauchb. *l. 1. qu. 1. n. 34* Licet de jure moderno teſte Pruckmann. *conſ. 22. n. 26.* raro annus ſufficiat. De jure Saxonico econtra & potisſimum in Electoratu Saxoniæ ut in priori p. theſi dictum primus modo deſignatus terminus & in eo ſecunda duntaxat poſitio. Nov. Aug. *p. 1. Conſt. 1.* § und in leſten. Qvâ neglecta lis pro conteſtata habeatur. Jacob. Schultes. *Obſ. 47.* Cöler de P. E. *p. 1. c. 2. n. 5.* Dn. Carpz. Ipr. R. S. *p. 1. C. 10. def. 12. & lib. 8. Reſp. 33. n. 21.* Quæ conteſtatio ſimul præter ſupra recenſitos effectus tam de jure Civili qvam Saxonico omnem libelli mutationem perimit. *l. 23. de judic.* Gail. *Obſ. 74. n. 8.* Dn. Carpz. *lib. 3 Rſ. 34.*

L. His ſic præſuppoſitis, judicioq; conſtituto, ordine eodem Judex devenit ad cauſæ cognitionem. Qvæ conſiſtit in ea ut vel actor intentionem vel alter exceptionem ſuam legitimo modo patefaciat, & probet. Gail. *1. Obſ. 74. n. 5.* Hæc probatio cum à cauſa efficienti dividatur in artificialem & inartificialem, Umm. *diſp. 15. n. 4.* & paſſim Dd, poſtremaqve rurſus in eas, qvæ fiunt, per teſtes, inſtrumenta, juramenta & alia. Quarum tamen nonnullæ potius ab onere probationis relevant quam probant. *l. 16. C. de probat.* M. Weſenbec. *Paratitl. de probat. n. 5.* ibiqve Bachov. & comm. Dd. Attamen cum large loqvendo, inter has ſpecies referantur Trentacinqu. *Reſol. 3. n. ult.* Teſſaur. *decis 25. 9. n. 2.* Vaud. *1. qu. 23.* ſingulareſqve foveant genios, de iisdem & hic qvid dicendum erit. In quibus ſe primo offert juramentum, & communiter dividitur in judiciale. conventionale

& neceſſarium. Hoc qvod ex inopiâ probationis judex parti, conventionale extra judicium pars parti, judiciale vero in judicio deferunt. Weſenb. *d. l.* Setſ. *de juram.* Diſſ. A. Matth. *diſp. de fund. Ipr. alit. jac.* Vultei. *1. diſcept. Schol. 7.*

LI. De conventionali hic nihil agendum, Judiciale & neceſſarium ſtatuta ſua tempora agnoſcunt. Et licet ut in theſ. 43. dictum judiciale de jur. Sax. ante conteſtationem deferendum & reſpectu hoc in initio explicandum fuerit, nihilominus cum Juramento præſtito ad definitivam deveniatur ſententiam, nec non alterum, qvod judiciale appellitant, per fermè fatum habeat, utrumq; hic primum tractare ſuscepia. Motus inſuper juris communis obſervantiâ, qvæ idem omni tempore, usq; ad ſententiam, imo poſt admittit. Caroc. *de jur. lit. decis. qu. 5.* arg. *l. 12. C. de jur.* & *l. 11. C. de ſent. & interl.* ibiq; Dd. In omnibus igitur his juramentis, qvæ probationis loco injunguntur conſiderandum tempus deferendi, delatum præſtandi aut recuſandi, & demum id intra qvod juramenta calumniæ petenda, aut contrariæ probationes ſe à juramento relevandi, admittendæ.

LII. Tempus deferendi recenſitum, tempus delatum præſtandi tam in judiciali, quam neceſſario de jure civili habetur arbitrarium l. 34. *de jurej.* Gail. *1. Obſ. 108.* Beuſt. *in l. admon. de jurej. n. 323.* Schult. *obſ. 52.* Hering. *de Fidejuſſ. c. 10. n. 151.* De jure Saxonico cum & ex interlocutione prius approbetur Nov. Aug. *p. 1. C. 12. ff* wen den. ibiq; D. Moll. *n. 2.* & absq; arbitrio judicis de lege communem habet terminum probatorium. Qvi in iis judiciis, qvæ qvotidiè habentur ſex ſeptimanarum eſt & trium dierũ, ab eo die qvo ſententiæ in rem judicatam tranſit, Landr. *lib. 1. art. 62. §.* G zeugniß. Nov. Aug. *p. Conſt. 16.* Ch. König *in proc. c. 66. n. 2.* A. Rauchb. *p. 1. qu. 10. n. 32.* in iis vero, quæ lato tempore duntaxat fiunt, ut in curiis provincialibus, & ſupremo Appellationum judicio proximum ſemper judicium. Leipzig Hofger. Ordn. *de anno 1549.* Teuber *in pr. c. 18.* A quo rigore nullum excipitur, niſi quod ad pate faciendas res hereditarias, inventario neglecto, imponi ſolet, aut probationis vice non injungitur. A. Rauchb. *p. 1. qu. 10. n. 33.* Jac. Schult. *Obſ. 53. n. 8. & 9.*

LIII. Sed qvia privilegiata hæc probatio maximam præ reliqvis

qvis habet utilitatem, ob qvam leviſſimus qvisqve contemptu religionis ad eandem facilis reperiretur. *l. 8. de cond. inſtit.* vel alius econtra metu divini numinis ad ſuperſtitionem usqve & verum ſacramentum præſtare recuſaret. *l. 21. C. de fid. inſtrum.* omni modo proſpecte in iisdem procedere voluerunt leges, dando ei, cui defertur poteſtatem vel delatum referendi, aut juramentum columniæ prius exigendi, vel demum conſcientiam ſuam legitimis probationibus exonerandi. De jure civili tempora hæc arbitraria, *arg. l. 34. in pr. de jurejur.* Umm. *diſp. ad Proc. c. 14. n. 38.* niſi qvod Juramentum calumniæ generale in initio litis exigendum, *l. 2. C. de jur. calumn.* Nov. *49. c. ult.* De jure Saxonico, qvodcunqve ex his tribus remediis uſurpare cogitet, denominari oportet, intra octo dies, à tempore, qvo ſententia vires rei judicatæ meretur, numerandos. N. P. Ordn. *tit. 18.* §. ferner *&* §. wenn nun. Magnific. Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp. 46. & 48.*

LIV. Octiduanum igitur hoc ſpatium jurare juſſus præciſe obſervare debet, qvo aut juramentum referat, aut adverſam partem ad juramentum calumniæ præſtandum & ſimul quomodo principale præſtetur adſpiciendum citari faciat, aut in tertio caſu quid facturus ſit articulis probatoriis exhibitis declaret. Nov. Aug. *p. 1. Conſt. 12. verſ.* ſo ſol er *d. l.* N. P. Ordn. §. wenn nun. Magnif. Dn. Carpzov. *Ipr. R. S. p. 1. C. 12. def. 8. & 11. & lib. 3. Reſp. 46.* Adeo ut id neglectum tam in judiciali, qvam neceſſario, exceptis cauſis criminalibus & matrimonialibus. d. N. P. O. §. wenn. verſ. ledoch non modo calumniam purget, & probationem impediat, Diſs. M. Berl. *p. 1. cond. 30. n. 39.* ſed & relationem contrariamqve probationem, & cœtera ſubſidiaria reſpuat. Ampl. Dn. Reusner. *d. diſp. de Fat. Theſ. 152.* & proinde cautos in his omnibus accumulandis Advocatos eſſe moneat. Magnif. Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp. 46. n. 7.* nulla nec anticipatione hâc in parte vel ſub pœnâ deſertionis admittenda. N. P. Ordn. *d. tit. 18.* Dn. Carpz. Ipr. R. S. *d. C. 12. def. 11.*

LV. Octo his diebus obſervatis adeſt terminus ſex ſeptimanarū & trium dierum *ſupr. th. 52.* In quo ſi jurare & juſſus citatio legitima emiſſa fuerit, ſe ad jurandum non offert commodo

qovd

quod aliàs habuiſſet privatur, d. C. 12. §. geſchehe nun ſolches & deferens in termino non comparens principale rei pro præſtito experitur, R. P. Ordn. tit. 18. nach dem auch. Imo & reus qui juramentum actori retulit, & terminum ad jusjurandum deſtinatum elabi patitur, cum expreſſe ad videndum, quomodo juretur ſit citatus R. P. Ordn. tit. 18. §. wenn und & ſie per actorem quo minus præſtet non ſteterit, *Arg. l. 24. de C. & D.* tanquam juratum fuiſſet cauſa cadit. Magnif. Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp. 51. n. 8. Jac. Schultes, d. Obſ. 51. n. 13.*

LVI. Ubi porro notandum, diverſum eſſe in reo conſcientiam ſuam probationibus exonerare volente, & impoſitum juramentum ſuppletorium deferente. Is enim cum levamine hoc gaudeat ad probationem ſuam ſemiplenam ſtabiliendam, quæ etſi qvoq; non ſtabilerentur regreſſionem ad principale juramentum non excludit. R. P. Ordn. *tit. 19.* §. wenn nun. ut ex his & arg. R. P. O. *tit. 19.* §. damit. deducit Magnif. Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp. 59.* Dein prædictum VI. ſeptimanarum & 3. dier. ſpatium currere à tempore, qvo ſententia vires rei judicatæ accipit, non elapſi octidui. Ut contra Ant. Hering *de Fidejuſſ. c. 10. n. 152. n. 112.* deducunt M. Berl: *p. 1. cond. 30. n. 33.* Dn. Carpz. Ipr. R. S. *p. C. 12. def. 7.*

LVII. Et huc usqve de jurejurando, cœteræ probationes pleræqve cum non modo ut in priori ſolos litigantes, eorumqve conſcientiam, ſed & alia adminicula reqvirant, laxiorem paulatim agnoſcunt terminum: Jus commune quidem juxta *l. 1. & l 3. C. de dilat.* pro diverſitate locorum, ſi inſtrumenta aut teſtes in eâ provincia in quâ litigatur, III. ſi in continentibus, VI. & in transmarinis, IX. reqvirit menſes *l. 1. de feriis.* Sed quos judex pro cauſa cognita prolongari & novas inſuper concedere poteſt. *l 7. de feriis.* & hodie tam de Jure Civili & Camerali ubiqve fere locorum pro arbitrariis habeatur. Sichard. *n. 7. C. de tit.* Rutg. Ruland. *de Comm. Cam. p. 2. c. 7. n. 9. & c. 11. n. 10.* H. Hartm. *12. Obſ. 12. n. 6.* Böer: *decis. 298. n. 8.* Gail. *1. Obſ. 53. & 91.* Menoch: *arbitr. judic. quæſt. lib. 2 caſ. 52. n. 55.* Vasqu. *in contr. lib. 1. c. 5. n. 20* Umm *diſp. ad proc. 7. n. 11.*

LIIX. In foro Saxonico Landr. *lib. 1. art. 62.* Weichb. *art. 75*

& 56

75. & 86. etiam abſqve judicis officio brevius ſtatutum eſt fatum, nimirũ id, qvod omnibus actubus judicialibus ferme eſt commune, Rauchb: *p.2.qu.24.n.33.* nimirum. VI. ſeptim. & 3. dierum. N. A. *p.1. Conſt. 16.* N. P. O. *tit. 20.* Möll. *ad d. Cap. 16. n.3.* Non modo in ordinariis, ſed & extraordinariis, M. Berl. *p. 1. cond. 38. n. 15.* ab eoqve momento, qvo ſententia rei judicatæ vires nanciſcitur, aut id, qvod in ſententia mandatur, expletum fuerit, currere incipiens N. P. O. *tit. 20. in pr.* M. Berl. *p.1. concl.38. n.20.* Sic quidem, ut intra hoc ſpatium ſufficiat articulos probatorios, teſtium nomina & alia, qvæ in producentis poteſtate, obtuliſſe. M. Cöl. de P. E. *p.1. c. 2. n.33.* N. A. *16.* Dn. Carpz. *l.3. R. 69. n. 22.*

LIX. Et hoc tempus cum qvam maxime ad factum & naturalem actionem pertineat, cujus reſpectu naturalis dies computatur ſecundum Solis ad horizontem acceſſum & receſſum, ut accurate deducit J. Gœdd. *ad l. 2 §.1. l. 42. & l.133. de V. S. J.* Cujac. *c.1. de Præſcr. & 15. Obſ.32.* ex iisqve Clariſs. Dn. Hahn. *in Coll. ad M. Weſenb. Parat. de reſt. in integr. n.9.* hic qvoqve de momento ad momentum currat & proinde ad articulos probatorios exhibendos vel ultimus dies ſufficiat. Qvemadmodum contra M. Berl. *p.1. concl.38. n.33.* arg. *d. l. 133. de V. S. l. 1. §. ſimul de ſucc. edict. l. intra de adpell. l. 70. de ſolut. &* verborum poſteriorum N. P. O. *tit. 20. §.* und folgends affirmant R. Roſa ad *D. Möll. p. 1. C. 16.* & Dn. Carpz. *l. 3. R. 69. n. 13.*

LX. Elapſis iis actor nec articulos additionales adjungere, alia inſtrumenta offerre, teſtes novos denominare, aut directorium mutare poterit. N. Aug. *p. 1. C. 16.* N. P. Ordn. *tit. 20.* D. M. *ad d. C. 16.* & in Semeſtr. *4.36.* Rutg. Ruland. *l. 3. de Com. Cam. t. c. ult* Sed actor ne quidem conſentiente judice, M. Cöl. *deciſ. 121. n. 4.* Zob. diff. J. S. *p. 1. diffr. 36. n. 5.* R. Roſ. *ad D. Möll. d. l. n. 10.* Jac. Schult. in add. ad M. Cöler. *deciſ. 104. n. 30.* aut proteſtatione ſua attenta Möll. *lib. 4. Sem. 36.* qvod ſingulare à jure civili Rutg. Rul. *d. l. 2. c. 2. n. 9.* integra cauſa cadit. Carpz. Ipr. R. S. *J. C. 16. def. 5. & 6.*

LXI. Excipiuntur tamen notoria & juſta impedimenta *Berl p. 1. concl. 38. n. 44.* N. P. O. *tit. 20. §. fin.* Inſtrumenta noviter re-

D pert

perta. N. P. O. *tit.24.* §.*es* wår. Favor ſpecialium cauſarum Dn. Carpz. *l.3. R. 74.* & demum prolongatio legitime pet ta. *arg. l.5. in pr. de prec. l. 25. §.5. de recept. arbitr.* De jure civili in pecuniariis non plus ſemel, in capitalibus accuſatori bis, reo ter & ſœpius concedenda. *l.10. de Fer.* Qvod tamē hodie in omni lite cauſa cognita Gail. *1. Obſ. 91.* Græv. *1. concl.91.* Mynſing. *1. Obſ. 72.* Addie & de jure Saxon. hac limitatione, qvod prima & ſecunda ex imploratione partis, tertia cum cauſæ cognitione, & demum qvarta prævio juramento admittatur. Quarum fatale tamen ſemper â tempore impetrationis incipit. König *in pr. c. 71. n. 3.* Dn. Carpz. *l. 3. R. 71. n. 5.*

LXII. His obſervatis advenit terminus probatorius atteſtationum faciendarum, qvi de jure civili & Saxonico pro peremtorio habetur, & actori negligenti, productionem, reo, interrogatoria ſua adimit. N. P. O. *tit. 20. in pr.* Neqve enim ſufficit præcedentia omnia obſervaſſe, ni ſimul arg. *l. 6. de his qu. ſatiſd. cog.* & in termino teſtes realiter producat, & ſic qvod ſuarum erat partium adimpleat. Dn. Carpz. *l.3. R. 72. n. 4.* Cœtera qvæ per judicem expedienda, parti præjudicare nequeunt, ſed & judex diutius cunctans ad intereſſe obligatur. *l.19. C. de Except.*

LXIII. Et demum probationis reprobatorius, qui pari privilegio gaudet, parqve experitur fatum. De jure Civ. qvidem arbitrarium, de jure Sax: VI. ſeptimanas & 3. dies. N. A. *p. 1. C. 16.* ibiqve Möll. *n. 7.* N. P. O. *tit. 21. in pr.* Cujus initium ſi reus anticipare & ex articulis probatoriis fundamenta ſüæ reprobationis quærere cogitet, ab eo tempore, quo ſe obtulit. Berl. *p. 1. concl. 36. n. 4.* ſi vero poſt probationem, eam qve per teſtes factam, à die qua parti citatio legitima ad publicandas probationes adverſarii inſinuata, aut à die judicati, qvo ei reprobatio reſervata, per inſtrumenta econtra, à tempore inſinuatæ citationis ad actum productionis. N. P. O. *tit. 21.* Berl. *p. 1. concl. 39.* Carpz. Ipr. R. S. *p. 1. C. 16. def. 12.* omni poſtmodo ulteriori reprobatione interclusa. Carpz *lib. 3. R. 70.*

LXIV. Ab hoc tamen rigore ſemper excipiuntur cauſæ criminales. Nam cum alias reo ad defendendam ſuam innocen-

tiam,

tiam, quæ juris naturalis eſt, plus aquæ infunderetur. *Pollet.hiſt. for. Rom. lib. 1. c. 11.* idem & hic vel qvinta vel ſexta gaudebit prolongatione, imo non modo poſt atteſtationes, ſed & concluſionem in cauſa defenſiones ſuas allegabit, ipſo judice, etiamſi pars hoc non petierit, ex officio defectum ſupplendo, novaq; indicia probationesq; recipiendo. *l. 18. §. 9. de quæſt. l. 27. de pœn. c. cum clam. de teſt.* Gail. 4. *Obſ. 107.* Teſſaur. *deciſ. 262.* Rauchb. *p. 2. qu. 3. n. 18.* Dn. Carpz. J. R. S. *p. 4. Conſt. 8. def. 9.*

LXV. Qvibus poſt ſuccedit atteſtationum publicatio. Qvæ licet in judicis conſiſtat poteſtate & exin fato aliqvo non tam ſtricte alligatur, hoc tamen ſingulare habet, qvod plerumqve terminus citatorius pro peremtorio credatur. Sed qvia ſemper fere atteſtationes, & contrariæ reprobationes diſputari ſolent de jure civili intra terminum arbitrarium, de jur. Saxon. Sex ſeptimanas, intra quas quilibet litigantium poſitiones conficere tenetur. Nam & reus incipiens N. Aug. *p. 1. C. 18.* N. P. O. *tit. 29.* (de jure civili actori hoc incumbit §. *1. Inſt. de Exc.* §. *1. Jnſt. de Repl.* Durand. *in §. breviter de diſp.*) præciſe tam ad probationes actoris elidendas, qvam ſuas reprobationes defendendas ſpacium hoc conceſſum habet. N. Aug. *d. C. 18.* §. es ſol aber. & actor ſub pœnâ præcluſionis intra parem terminum & probationes ſalvare, & reprobationibus reſpondere cogitur. N. P. O. *tit. 29. in pr.*

LXVI. Qvia tamen diſputationes hujusmodi, duplicia ſentiunt objecta, & exin plus laboris & temporis requirunt, ac ex auditu in publicatione modo percipi poſſit, nec qvoqve id qvod in judicis voluntate eſt, parti debeat obeſſe, initium hujus fati in probationibus per inſtrumenta, qvæ magna publicatione non indigent, à tempore rei judicatæ. N. P. O. *tit. 29.* §. wann aber / in probationibus per teſtes à die exhibitæ copiæ atteſtationum. Et ne porro judicis malitia litem protrahat, Judici ad perficiendum ad ſummum duo conceſſi ſunt menſes. N. A. *p. 1. C. 17.* partibus ad cipiendum, pro ratione perſonarum, 8. 14. aut 30. dies. Qvibus elapſis fatum ſex ſeptimanarum currere incipit. N. P. O. *tit. 29.* §. wäre Carpz. J. R. S. *p. 1. C. 17. def. 6. & 7.*

LXVII. Ubi tamen notandum, fatum huic 6. ſeptim. Illuſtriſs. legislatorem non addidiſſe ut in aliis tres dies. Dn. Carpz: *Ipr. R. S. p. 1. C. 18. def. 15. & lib. 3. R. 76.* Seu qvod non tantum favorem probationum diſputationes mereantur qvantum probationes ipſæ, ut proinde inter remedia proceſſus conarctandi, plane omittendas eſſe cenſeat. A. Fab. *l. 9. Cod. ſuo tit. 12. art. 33.* Seu qvod ſtatuta ſtrictisſime interpretanda. D. Carpz. *l. 13. R. 76. n. 8.* Seu, qvod magis placet, cũ aliis actubus tres dies ideo additi, qvod ad exemplum trium judiciorum dreyer geding Tage / dubium an dies in terminum computandi evitetur, P. Heig. *p. 1. qu. 16. n. 30.* hic ratio prædicta ceſſet.

LXIIX. Secundo diverſa inter ſe omnimodo hæc eſſe producta, ſic ut non modo unius negligentia alteri nil obſit, ſed et ſi unus unum productum puto actor replicam amiſerit, triplica non ſtatim privetur, & vice verſa reus exceptionem negligendo, duplicam ſuam ſalvam habeat. N. P. O. *tit. 29.* §. würde Carpz. *Ipr. R. S. p. 1. C. 18. def. 12. & 13.* Berl. *p. 1. concl. 32. n. 22. & 23.* Tertio Qvartam dilationem hac in cauſa nunqvam concedit. Dn. Carpz. *l. 3. R. 76. n. 23.* & demum Quarto, omne hoc fatum ſemper currere incipere à die inſinuationis unius & alterius producti, quæ à Judice fieri ſolet, ut partem adverſam in defenſionibus ſuis conficiendis quaſi admoneat, & omnem occaſionem tergiverſandi uni vel alteri præcludat. N. P. O. *d. t. 29.* als Ordnen.

LXIX. Ultimum tantum reſtant poſitiones, das Rechtliche einbringen / quæ in judiciis, ſecundum Curiæ conſuetudinem oretenus proponendæ ſunt. His in appellationum judicio, ante terminum qvo res judicata expectatur, præfigitur ad longisſimum tempus ſeptem dierum, in qvarum prima initium diſceptationis fieri debeat & in ultima, finis. Eadem iis, imminente formidine, qvę prioribus productis, ut ſcilicet ſi qvid interea prætermiſerit, eodem amplius non audiatur. Quemadmodum conſtitutum ab Illuſt. Elect. Chriſtiano II, *piiſſimæ memor. d. 5. Apr. 1605. annexum ord. Appell. ſub l. A.*

LXX. Omnibus his abſolutis tandem devenitur ad ſententiam definitivam, quæ ſi juſta non videtur à viribus rei judicatæ ſuſpen-

ſuſpendi ſolet variis remediis. De Jure Saxonico, qvod hâc in parte primum adducam, Leuteratione & Oberleuteratione, ſolita in ſupremo Appell. judicio, in iis cauſis, quæ in prima inſtantiæ iſthic deferuntur contra definitivam opponi. *M. P. O. tit. 35.* De utroqve Civili & Saxonico, Appellatione, ſeu Provocatione, & qvæ remedia reliqva adducuntur, Supplicatione, Syndicatu, Reviſione, nullitate, & Reformatione, de quibus infra.

LXXI. Primus modus ſuſpenſivus, eſt Leuteratio. Cui de jure civili ſimilis videtur declaratio ſententiæ ratione verbi obſcuri. *l. 4. §. 1. de adp.* Rosb. *in proc. civ. tit. 77.* A. Gail. *1. Obſ. 116.* Gilhans. *arbor. judic. c. 8. p. 7.* Et in Saxonicis modo ditionibus obſervatur. Seu qvod conſuetudine ita introducta. Knich *de priv. Sax. c. 4. n. 2.* Reinh. *p. 4. diff. 20.* Seu qvod Libertas Germanorum id popoſcit. Qvæ cum tanta, ut et autoritate ſuadendi magis qvam imperitandi regerentur. Tac. de mor. Ger. ibiq; Cluver. Clariſs. D. Conring. *de Orig.* jur. Germ. *c. 2.* & 25. P. Heig. *p. 1. qu. 8. n. 14.* omnia alia remedia tentaret primitus, ac ut ſuperiorem appellaret.

LXXII. Forma hujus poſtmodo cum paulatim Romanum jus introduci cœptum. Heig. *p. 1. qu. 7. n. 46.* eadem ferme eſſe incepit ac appellationis, Leipz. und Witt. Hoffger. Ordn. N. Aug. *p. 1. C. 19.* Et imprimis decennale tempus ſuſpendendæ ſententiæ utriqve eſt commune, qvod à momento iſtius horæ in qua ſententia publicata ad X. diem, etiam ſi in XI. incidat, computandũ. *M. P. O. tit. 35.* N. A. *p. 1. C. 19.* ibiqve Möll. *n. 7. & 8.* Rauchb. *p. 1. qu. 3. n. 13.* Berl. *p. 1. Concl. 34. n. 14.* Dn. Carpz. *l. 3 R. 102. n. 8.*

LXXIII. In proſecutione, ad citationem ejusdem, cum effectu impetrandam à die interpoſitæ Leuterationis, Möll. *ad d. C. 19 n. 30.* relictæ VI. ſeptimanæ & 3. dies. *M. P. O. tit. 35. §. nach*dem. M. Teuber. *in proc. c. 25.* qvibus & dies interpoſitionis imputatur, ſecundum communem opinionem qvam deducit Möll. *1. Semeſtr. c. 1.* Ad proſecutionem vero, in judiciis qvæ cottidie habentur à tempore impetratæ citationis tres menſes, in ſuperioribus qvæ certo tempore patent, proximus terminus. In qvibus, aut in termino citius definito, ſi deducenda non deducat aut negligenter emaneat, eadem pro deſerta habetur. Möll. & Ros. *ad C. 19. n. 51.* Berl. *p. 1. Concl. 34. n. 34.*

LXXIV. Alter modus Reviſionis & de Syndicatu actio de jure civili ab Electore Moguntino, eo anno & qvidem intra duos menſes à die ſententię petenda, Receſſ.Imp.Spir. *de anno 1557.* wie wol / Bender. *de Reviſ. c. 2. & 3.* Tertius modus ſupplicationis, cui ad effectum ſuſpendendæ executionis, vel impetrandæ modo ſatisdationis de reſtituendo, 10. tantum conceſſi dies, ad finem vero dilatandæ litis, admittendæq; reviſionis, biennium. *l.un. de præſ. Præt.* N. *82. in fin.* Rosbach de proc. Civil. *tit. 76. n. 14.* Mynſ. *1. Obſ. 74. & 6. Obſ. 15. & 74.* Qvorum tamen poſterior hodie in Camera. *p. 3. Ord. Camer. tit 51.* & uterque in Electoratu Saxoniæ penitus oboliti, N. P. O. *tit. 37.*

LXXV. Qvartus Nullitatis. Cui de jure civili usqve ad 30. annos locus. Gail. *1. Obſ. 127. n. 8.* Rosb. *pr. civil. tit. 72. n. 9.* De jure Saxonico ſaltem ad unum terminum Saxonicum â publicatione ſententiæ numerandum. In qvo cauſas nullitatis allegare, & poſtmodo in ſuperioribus judiciis qvæ certo duntaxat tempore fiunt, ad proximum terminum, in aliis inferioribus intra duplicatum terminum Saxonicum, citationem, ad deducendam nullitatem ſub comminatione denegandæ audientiæ impetrare cogitur. N. P. Ordn. *tit. 38.* Dn. Carpzov. *l. 3. Reſp. 100.*

LXXVI. Et tandem Qvintus modus Appellationis, aut ſecundæ inſtantiæ. Hujus fata dividuntur comm. reſpectu interpoſitionis, introductionis & juſtificationis. Interpoſitio vel incontinenti fiebat viva voce. *l. 2. D. & l. 14. C. de adp.* vel per ſcripturam, in propria cauſa intra biduum, in aliena intra triduum. *l. 20. l. eos §. fin. C. de Adpell. l. 1. §. tit. qu. adpell. fit.* Adeò ut incontinenti factum intelligatur, qvodcunqve intra hoc ſpatium perfectũ. Cujac. *de præc. c. 5.* intra idem & judex ſuſpectus recuſari, *l. fin. C. de judic.* errorqve Advocati corrigi poſſit, *l. fin. C. de err. Advoc.*

LXXVII. Hac tempeſtate cum in ſcriptis magis proponi ſoleat definitum habet antea allegatum decendium. Nov. *23. c. 1. c. 15. X. de ſent. & re jud.* Ord. Cam. *lib. 2. tit. 29.* §. ſo ſollen. Qvod tempus à ſententiis aut aliis actibus. *l. 1. §. 5. de Adpell.* à momento ad momentum currit, ſicqve dies termini in termi-

num

num computatur. Gail. *1. Obſ. 139. n. 5.* Græv. *concl. 119.* H. Hartm. *tit. 19. Obſ. 3.* Alber. Gentil. *de div. temp. appell. c. 7.* adeo ut & hora ſententiæ publicatæ adjungenda, monente Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp. 114. n. 16.* ne aliàs in dubio tota dies cedat appellanti, Ord. Cam. *lib. 2. tit. 29.* Mynſ. *3. O. 11. & 2. O 68.* Menoch. *de præſ. 2. 95.*

LXXIIX. In introductione conſideranda fatalia reſpectu eorum actuum, qvi fiunt coram judice à qvo, & qvæ coram Judice ad qvem. A Judice à qvo petendi ſunt Apoſtoli de jure Comm. & Saxon. intra 30. dies à die latæ ſententiæ, qvam appellans ſciverit, dinumerandos, & ſic decendium qvoqve comprehendentes. *l. 18. l. 24. C. de Adp. c. ab eo X. eod. in 6. c. ult. §. jud. 2. qu. 6.* App. Ordn. *tit. 1.* Col. de P. E. *p. 3. c. 8. n. 51.* Mynſ. *4. Obſ. 36.* Et hi 30. dies juxta tam petenti ac accipienti Apoſt. quam & judici concedendi ſunt fatales. Frider. *in pr. ſec. inſtantia* Magnif. Dn. Carpz. Ipr. R. S. *p. 1. C. 20. d. 8. & lib. 3. Reſp. 115. 11. 6.* Rotſli. *in proc. p. 1. c. 69. n. 9.*

LXXIX. Nam & appellans præciſe ad hoc tempus in petendis apoſtolis non modo, ſed & in accipiendis eſt adſtrictus *N. 126. c. 3. d. Clem. quamvis* & judex aut tradere ſtatim, aut alium terminum ſub eadem comminatione præfigere poteſt. *l. 6. §. ult. l. 24. C. de Adpell. c. 6 X. de Appell. in 6.* Qvod ſi verò ab eodem Apoſtoli ſœpius & inſtanter petiti fuerint, eosqve vel denegaverit vel malitioſe protelaverit, reſcindere videtur ſuam ſententiam, damno omni à judice ex propriis facultatibus parti exin lœſa reſarciendo. *Nov. 126. c. 3. l. 15. 24. C. de Adpell. Clem. quamv. de Appell.* Carpz. *l. 3. R. 116.* Qvod tamen de Jure Cam. non obſervatur, ubi & absqve Apoſtolis accipitur gravamen. Ord. Cam. *p. 2. tit. 30. §. 1.* Gail. *1. Obſ. 139.* Mynſ. *3 Obſ. 22. & 26.*

LXXX. In introductione ad Judicē ad qvem, terminus qvidē offerendorum Apoſtolorum de Jure Civili arbitrarius *l. 5. C. de Adp. c. 4. c. 57. X. eod.* Rota *deciſ. 131.* Rosbach *in proc. civ. tit. 74. n. 17.* De jure Camerali, ni alius brevior ſtatutus 6. menſium, à die interpoſitę appellationis. Ord. Cam. *p. 2. tit. 30.* würde aber. Gail. *1. Obſ. 140 n. 3.* Mynſ. *1 Obſ. 83 & 3. Obſ. 54.* De jure Saxon. & qvidem Conſt. Elect. unius menſis App. Ord. *tit.* von App. wie die augeu. Colet. de P. E. *p. 3. c. 8. n. 51.* Dn. Carpzov. *lib. 3. Reſp. 116.* LXXXI.

LXXXI. Idem ſpatium importat qvoq;, ut inhibitio quàm citiſſimè à judice ad qvem impetretur, judiciqve à qvo legitimè inſinuetur. Utpote cum judex adhuc dubius num recepta vel rejecta ſit appellatio & ſiqvid poſtmodo attentet, præſumtionē pro ſe habeat, ſententiam ſuam juſtam videri. Frider. *in proc. tit. de appel.* Dn. Carpz. *p. 1. C. 20. def. 9.* Qvamvis exin appellatio non ſtatim pro deſerta habeatur, ut cōtra Ch. Cōler. *in d. c. 8. n. 51* & König *in pr. c. 126. n. 2.* Rottſch *p. 1. c. 39. n. 12.* & Cons. Conſtit Saxon. *tom. 3. p. 3. qu. 64 & qu. 78.* deducit & obſervantiâ ſup. App. judicij firmat. Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp 117.*

LXXXII. Et hucusq; de interpoſitione, & introductione in juſtificatione iterū conſideranda tria, Citatio, Actorū oblatio, & Temp9 inſtātiæ. Citatio, qvę fieri debet intra 6. menſes in infer. judicijs Berl. *p. 1. concl. 35. n. 148.* qvamvis antiqvitus ubiq; parē ac in primo judicio importaret pœnam. König *in proc. c. 115.* H. Piſtor *p. 1. qu. 3. n. 33.* hodie tamen à parte actoris in termino primo juſtificandæ appellationis emanentis, appellationem deſertam facit, aut poſt juſtificationem, ut ſuper meritis cauſæ judicetur, vel denuo ſub pœna deſertionis appellās advocetur. N. P. O. *tit. 10. §.* da aber. A parte Rei vero, qvi & actis prioribus ſe fundare poteſt, tantus non adhibetur rigor. *l. per hanc C. de temp. apell. c. 5. & 79 X. de adpell.* Cōl. de P. E. *p. 1. c. 2. n. 30.* Utraq; parte emanente terminus cenſetur prorogatus. Moll. *4. Semeſtr* 82. 1. 5.

LXXXIII. Oblatio Actorum de jure civili fieri debet ante dimidium fatalis appellationis proſeqvendæ *l. 2. C. de edend. l. 3. C. de temp. appel. N. 126. c. 3. 134. c. 3. l. 15. 19. 24. C. de adpell.* Gail *1. Obſ. 134.* De jure Saxon. ni ipſo termino juſtificationis App. Ordn. *tit.* von App. §: nach dem. in moram ſuam juſtis probationibus purgare queat. M. Berl. *p. 1. Concl. 50. n. 166.* Dn. Carpz. *lib. 3. Reſp. 134. 119.*

LXXXIV. Et demum juſtificatio, qvæ de jure civili in appellatione à munere ſibi delato à die ſcientiæ duorum *l. 1. C. de tēp. appell.* à pedaneis judicibus qvinqve, *Nov. 82. c. 6.* à magiſtratu ordinario inter propinqvas, novem menſium, inter remotas, unius anni, & ex juſta cauſa, biēnij, *l. ult. §. 4. C. de temp. appell. l. 3. C. de adp. c. 5. 57. X. eod.* à die interpoſiti gravaminis numerandi. De jure Saxo-

nico

nico unius anni civilis. Dn. Carpz. J. p. R. S. *p. 1. C. 20. def. 11.* licet 6 ſeptim: & 3. dies, arg. Landr. *lib. 1. art. 38.* addant Côler *deciſ. 141. n. 4.* M. Berl. *p. 1. concl. 51. n. 68.* Sicut & 30 dies Apoſtolos petendi, & 30 dies appellationis introducédæ comprehendat. *Clem. 3. de adp.* Gail. *1. obſ. 141.* Mynſ. 3. *Obſ. 18. 5. obſ. 57. 1. obſ. 31. 6. obſ. 12.* contr. Cyn. in *auth. ei. C. de temp. appell.* Cui demum adjunguntur qvatuor menſes hæredibus appellantis, ab elapſo tempore deliberandi, côceſſi. *l. ult. C. ſi pend. appell.*

LXXXV. In Electoratu Saxoniæ in ſupremo Appellationis judicio illud ſpeciale, qvod ſi tantum temporis, qvantum legalis reqvirat citatio, ſuperſit, juſtificatio in proximo termino inſtituenda. App. Ordn. tit. wie die angenom: §. wen man. Moll. *4. Semeſtr. 32. n. 2* etſi adpellans terminum inſtiterit ante. Dn. Carpz. *lib. 3. R. ſp. 118. n. 16.* Qvod tamen in curiis aliis ſupremis in den Oberhoffgerichten/ licet qvandoqve appellationes in proximo termino juſtificentur, tamē fatum non importat, utpote cui in qvadrante anni nimis exiguum eſſet ſpatium relictum.

LXXXVI. Ex his omnibus ſi vel unicum neglectum fuerit, appellatio pro deſerta judicatur. *auth. ei qui. lib. ult. §. ult. C. de temp. appell.* Gail. *1. Obſ. 141.* res ad priorem ſtatum recidit, nec judicis voluntate prorſus renovatur, imo etſi ipſe judex in culpa, niſi qvod læſo quærelæ adverſus eum locus. *l. ult. §. 4. C. de temp. appell. c. anterior. 2. qu. 6. Nov. 9.* Qvod ultimum tamen hac tempeſtate, proh dolor non modo in ſupremo Camerali Judicio ob multitudinem cauſarum non obſervatur. Gail. *1. Obſ. 141.* Sed & nullus inferioris ſubſellii judex rite attendit.

LXXXVII. Qvod ſi nullum remedium adhuc ſupereſt, qvo referenda prædicta in *Theſ. 74. & 75.* nanciſcitur tandem ſententia vim rei judicatæ, & qvod extremum in Idictione eſt, executionem. *l. un. ſi qu. jus dic. non obt.* Ad qvam tamen non ſtatim devenitur, niſi prius reo ad ſolvendum certus fuerit terminus præfixus. De jure civili antiquitus ex lege. 12. tabb. æris confeſſi, rebusqve, ſeu ſec: Rævards. ad easd. reisqve jure judiciis triginta dies juſti erant, A. Gell. *20. Noct. Att. 1.* Macrob. *1.*

 Saturn.

Saturn. 16. poſt duplicati, duo nimirum menſes. *l. ult.* §. *ult. C. de uſur. rei jud.* qvos Imperator Juſtinianus ad 4. extendit. *l. 2. l. ult. C. de uſur. rei jud.* A. Fabr. 7. *conj. 1. junct. 16. conj. 19.* Et qvidem in actione perſonali, ut probatur ex *d. l. ult. verb.* & *ſolvendum* Hillig. D. E. 27. *comm. 4. lit. c.* niſi Creditoris vel debitoris perſona aliud velit. *arg. l. 2. 31. de re jud. l. 1. ſol. matrim. l. 2.* §. 3. *de adm. rer. ad civ. pert.* A. Fab. *de conj. 1. Zaſ. Duaren. ad h. l.*

LXXXIIX. In reali actione econtra vel cum facilius ſit rem reſtituere ſecund. Hillig. D. E. 27. *com. 4. lit.* C. vel cum A. Fab. 16. *conj. 19.* hic adjudicatio magis fiat, qvam condemnatio, Diſs. Caſp. Schiferd. *ad eund. lib. 2. t. 22. qu. 1.* Giph. *ad l. 40. de pœn. n. 26.* res in continenti reſtituenda. Sic tamen ut aliqvod licet exiguum ſpatium concedatur. arg. *l. item. ad L. Falcid. l. 105. de ſolut.* §. 2. *Inſt. de off. Judic. l. 2. l. 3. de re jud. c. 17. X. de ſent. & re jud.* nec obſt. *l. 4.* §. 5. *de re jud.* quæ, ſecund. Cöler de P. E. *p. 3. c. 6. n. 14.* probationem cauſæ requirit. Hill. *d. l. lit. f.* Qvod tamen de jure Cam. mutatum & loco 4. menſium coarctatum ad 6. ſeptim: & 3. dies cum clauſula juſtificatoria. Gail. *1. Obſ. 113.* De jure Saxon. itidem in perſonali 6. ſept. & 3. dies. N. P. Ordn. *tit. 39.* in reali 14. Landr. *lib. 2. art. 5.* Magnif. Dn. Carpzov. *Ipr. R. S. ad Nov. Aug. p. 1. C. 32. def. 3. & 4.*

LXXXIX. Reo intra hoc tempus non ſolvente devenitur de jure civili ad immiſſionem, ubi duplex rurſus remedium competit actori, aut res captas poſſidendi & à fructibus ſolutionem accipiendi, aut diſtractionem & ſub haſtationem petendi, ex qvâ vel ſibi, vel alii plus offerenti adjudicetur. M. Cöler de A. E. *p. 3. c. 9. n. 65.* Primum ſpeciale nihil habet. In ſubhaſtationis actu ex pignore judiciali in rebus Eccleſiæ res venalis exponenda per 20. dies. auth. *hoc jus C. de S. S. eccleſ.* Qui in aliis judiciis ex arbitrio definiuntur arg. *l. 15.* §. 3. *de re jud. l. 16. de reſc. C. vend.* 4. c. 3. *N.*

XC. In conventionali, & qvidem immobili, aut alio pretioſo, conſiderandũ an de tempore diſtrahendi conventũ, aut non, aut ne plane diſtraheretur. In primo voluntas contrahentium ſpectanda, §. *Inſt. qu. al. n. licet. l. 4. 9. C. de pign. act.* citra denun-

citati-

ciationem, *l. 12. C. de contr. ſtip.* In ſecundo denunciandum id debitori, ab eoq; die expectandum biennium. *l. fin. §. 1. C. de I. D. I.* In tertio nihilominus prævia trina denunciatione, qvâlibet decem dies continente. Schneid. *ad d. §. 1. Inſt. q. C. A. L.* licitum ſecundum præſcriptum procedere modum. *d. l. fin. §. 2. & 3. C. de I. D. I.*

XCI. De jur. Sax. ſi debitor intra Exec. præfinitum terminum non ſolvat, fit poſt factam Exec. & immiſſionem ſubhaſtatio, in mobilibus per tres qvaterdenas absqve taxatione, poſt altera vice vel Creditoris vel alterius licitatione, & plus offerenti adjudicantur. Landr. *lib. 1. art. 70. N. A. p. 1. C. 32.* N. P. O. *tit. 39. §.* und wen. *Col. de l. ei. p 3. c. 9. n. 45.*

XCII. In immobilibus, & qvidem allodialibus, ibidem per tres quaterdenas fit absque taxatione, ſubhaſtio. N. A. *d.* C. *32.* Torg. Auſch. *tit.* von Fellb. Si emptor accedat, ejus licitatio demum per tot ſpatia profertur, & nullo plus offerente, ei adſcribitur. Berl. *p. 1. c. 81. n. 167.* Nullo emptore accedente aut Creditoris licitatio, eodem effectu proponitur. N. P. O. *tit. 39.* §. damit ſic tamen ut debitori annus civilis ad reluendum, vel pinguiorem emptorem offerendum ſuperſit. N. P. O. *d. l.* Dn. Carpz. *lib. 4. Reſp. 8.*

XCIII. Nullo econtra emptore comparente, aut Creditore nimis viliter licitante, judicialis taxatio eodem ordine ſuccedit. Et nullis ne ſic qvidem ſe offerentibus, licitum Creditori Taxationem à judice denuo petere, iterumq; præſcriptâ formâ licitare. A qvo nullus ſupereſt regreſſus. *Prout ex N. 4. c. 3. v. ſed N. A. l. C. 32. verb.* würde. *contra* Rauchb. *p. 1. qu. 46. n. 19.* deducit Schultes. *qu. 42.* & approbant Berl. *p. 1. c. 81. n. 220.* Dn. Carpz. I. R. S. *C. 32. d. 10.*

XCIV. In Feudalibus publicum qvidem non conceditur proclama, ſed inſtituitur taxatio à viris rei oeconom. peritis contra qvam poteſtas conqverendi debitori ad 14. dies eſt conceſſa. N. P. O. *tit. 40.* §. von der. Et demum ad reſignationem Feudi terminus arbitrarius qvidem, ſed citato non comparente, peremtorius. N. P. O. *d. l. §.* dieweil Berl. *p. 1. C. 82. n. 53.*

XCV. Supereſt remedium de jur. Sax. ad pignus in debitoris bonis acqvirendum, qvod Arreſtum vocant, & vel perſonale, vel reale. Utrumqve ut odioſum qvidpiam, ſingularem genium fovet. Reale qvidem, ut à die arreſti impetrati per duas qvaterdenas renovetur, & in ultimis libellus arreſtatorius, una cum petitione citationis, & ſpecificatione crediti exhibeatur, N.P.O. *tit.51*, §. wie N., A.*p.1. C.29.* Adeò ut & in ultimis unum horum reqviſitorum feciſſe non ſufficiat. D. Carpz. *l. 4. R.35.*

XCVI. In perſonali verò, reus ab hac macula ſe eximendi ſuasqve defenſiones proponendi, conceſſum habet terminum arbitrarium, ſic tamen adſtrictum, ne 14. dies excedat. In qvo aut comparere & ſuas defenſiones opponere, aut diplomata publica, vulgo Steckbrieff experiri neceſſe habet. N.P.O. *tit.52.* §. ſo ordnen.

XCVII. In qvibus omnibus tempus de momento in momentum currit, & terminus in terminum computatur. Gail. *1. Obſ. 139. n. 8.* Rauchb. *p. 1 qu. 3. n. 6.* Moll. *3. Semeſtr. 43. n. 16.* Berl. *p. 1. concl. 60. n. 92.* Licet in renovatione ob id ipſum qvod anticipatio non admittenda, totam diem qvartam decimam ex obſerv. Appell. judicii admittat Dn. Carpz. *lib. 4. Reſp. 37.* Qvibus demum ut ſupplementum in proceſſu addi poteſt, reductio ad arbitrium boni viri ex ſententia arbitrii, cui definiti communiter, 30. anni, Gail. *1. Obſ. 139.*

XCVIII. Tantam igitur diligentiam, rigidamqve temporis obſervationem reqvirunt leges. Sic ut numerotenus ordiar conſiderandum primitus habeamus momentum, ſeu ut in continenti fiat cum aliqvo temporis adjumento, *th. 8. th. 45.* Triduum, *th. 76.* Septiduum, *th. 69.* Octiduum, *th. 53. & 54.* Decendium, *th. 35. 36. th. 72. th. 74. th. 77. th. 90.* Qvatuordecim dies. *th. 66. th. 91. 92. th. 94. th. 9. th 96* Qvindecim, *th. 48. th. 62.* Viginti, *th. 24. th.* C. *89.* Triginta, *th. 32 35. th. 78.* Qvinqvaginta, *th. 24.*

XCIX. Septimanas, ſex *th. 65.* ſex & tres dies *th. 25. th. 33. th. 52. 58. 63. th 73. & 75.* Duodecim & 6 dierum *th. 75.* Menſes, & qvidem unum *th. 50.* Duos *th. 84. th. 66.* Tres *th. 24. 25. th. 57. 73. th 21.*

Quar-

Qvatuor. *tb.25.tb.84.87.* Qvinqve *tb.84.* Sex *tb,21,24.tb,36.57.* *80.* Novem.*tb.57.tb.84.* Decem *tb.84.* Terminum ipſum. *tb.47.48.* *tb.54.62.78.* proximè inſtantem *tb.53.73.tb.83.85,75.*

C. Annôs, Unum *tb.24.th 25.37.35 tb.39.* & *40 .tb.84.tb.92.* Duos, *tb 74.tb.84.tb 90.* Tres, *tb.22.* Triginta *tb.75.* & *tb.97.* Et hucusq; de Fato in Proceſſu obſervando, uhi adhuc tum de cauſis horum temporum, tum de reſtitutione adverſus eadem multus diccndi eſſet locus. Sed qvia neq; temporis neqve materiæ neqve ingenij mei ratio hæc ferret, in deſcriptione hac modo ſubſtiti. Eidem qvoqve à benevolo lectore benevolum exorans fatum. Qvod & me impetraturum humillime confidam, dum ſcio & auſus bonos non penitus eſſe culpandos, nec jura qvoq; ætati meæ contra fatalem hunc diſcurſum reſtitutionem denegatura.

DEO ſit honor laus & gloria.

COROLLARIA.

Ex jure Publico

Academiis mixtum regulariter competit imperiū.

Jure territoriali annexum eſt jus de religione ſtatuendi.

Ex Jure Civili.

Nulla revera datur litterarum obligatio.

In faciendi ſtipulatione præciſe qvis ad factum non tenetur.

Ex Jure Canonico.

Jus Patronatus ex ſola fundatione & ſim. acqviritur, citra reſervationem.

In legitimatione per ſubſeqvens matrim. reqviruntur dot. inſtrumenta.

Ex Jure Feudali.

Fœminæ ad Feudum Francum admittendæ.

Vaſalli pro filia Domini dotanda ad contributionem tenentur.

Ex Jure Saxonico.

Molendina qvæ à ventis agitantur inter immobilia referenda.

Matri non competit uſusfructus de filior. pecul. adventitio.

Ex Conſt: Elector.

Vidua ab hæred. mariti dimidium don. nupt. haut exiſtentium repetere neqvit.

Ad

Ad Claris. Dn. Reſpondentem. I.U.C. pereximium.

S*Pe* jactamur, *Spe* lactamur *SPEque* beamus,
Tandem ſera licet præmia grata ferat.
Scilicet illa ſolum quoque *FATUM* novit & ante,
Non facile exvoco quemque juvare ſolet,
Exiguamque moram compenſat *proſperitate*
Nec fruſtra juſti ſemen hiare ſinit.
SPERaſti quoq; mi Freyſtein, confide ſequentur,
Quæ tibi, qvæqve tuis juſta brabēa cupis.

Franciſcus Romanus. J.U.D. P.P.
Cur. Provinc. Aſſeſſ. Canon. Martisb. &
& Academ. Syndicus.

EST ſudoris opus penetrare ſacraria legum,
Eſt Titulos, Textus noſſe laboris opus.
Verum concomitatur honos Opus hocce laboris
Ac ſtudii fruges Gloria, Fama manent.
Gloria, Fama manent, Tibi qvæ ceu digna brabeîa
Freiſteini meritis jam ſinit eſſe Themis.
Gratulor ergo tibi tota de cordis Abyſſo,
Gratentur cæptis cuncta theatra tuis.

Commenſali ſuo perdilecto applaudebat

Johannes Fritzſch, Philoſophiæ, & J.U.D.
ac ſupr. Cur. prov. Elect. Advocatus
Ordin.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.